Gk. Hist. K.

Topica epigrammatum dedicatoriorum Graecorum.

Dissertatio inauguralis philologica

quam scripsit et amplissimi

philosophorum Vratislaviensium ordinis

consensu et auctoritate

ad summos in philosophia honores

rite capessendos

die XXVII. mensis Martii anni MCMVI hora 12

una cum thesibus in Aula Leopoldina

publice defendet

Hugo Kühn

Silesius.

LIBRARY
JAN 11 1907
UNIVERSITY OF TORONTO

Adversarii erunt:

R. Baum, cand. phil.

Fr. Schneider, cand. phil.

Vratislaviae,

Typis R. Nischkowsky.

1906.

De dissertatione probanda ad ordinem rettulit
F. Skutsch.

Francisco Skutsch

sacrum

Topica epigrammatum dedicatoriorum Graecorum.

Topica epigrammatum dedicatoriorum Graecorum adeo adhuc neglecta iacebant, ut Birtius[1]), qui Catulli carmen 4 in epigrammatum dedicatoriorum Graecorum modum conformatum esse nuper demonstravit, primus nonnullos locos communes collegisse videatur. Nam qui praeierunt pauca de singulis dedicandi rationibus argumentis formis protulerunt Reisch, Griechische Weihgeschenke[2]) et Duemmler, Das griechische Weihgeschenk, Kl. Schriften II (1901).

Qua de causa in epigrammata dedicatoria inquirere conabor ita, ut, quibus formis apud poetas Graecos epigrammatum verba concepta sint, cognoscas.

Instituam rem ita ut primum quidem inquiram, quomodo is qui dedicat significetur, deinde deus cui dedicatur, tertio dedicatio ipsa, donarium, denique dedicandi causa.

Praeterea quamquam latinorum carminum dedicatoriorum multo minorem numerum servatum habemus quam graecorum, non abs re mihi videbatur ostendere, nonnullas formas etiam a Romanis receptas et adhibitas esse. Postremo denique, cum in epigrammata Graeca accuratius inter se comparanda paucos adhuc operam studiumque contulisse videam, non vereor ne acta agere videar, cum occasione data exposuero, quomodo epigrammatum scriptores alter alterum imitati sint[3]).

---

[1]) Philologus, Bd. 63, Leipzig 1904, p. 453 sq.

[2]) Abhdl. des Archaeolog. epigr. Seminares der Universität Wien, Heft VIII, Wien 1890.

[3]) Hos libros perscrutatus sum: Epigrammata Graeca ex lapidibus conlecta ed. a Kaibelio, Berolini 1878 (Kb.), quem librum supplevi ex:

§ 1.

Atque primum nobis hac in re inquirendum esse puto, **qua ratione is qui dedicat in epigrammatis significetur.**

Has igitur statuimus formas:

1. οὗτος ἀνέθηκεν.
2. τίς ἀνέθηκεν;

1.

Et antiquissimam et simplicissimam formam legimus eam in qua persona dedicans nomine appellatur et coniungitur cum verbo finito. Exempli causa affero:

Kb. 738 (saec. VI a) *Κου[φαγόρας ἀνέθη]κεν.*
Pr. 119 (saec. V a) *Τόνδ' ἀνέθηχ' Ἑρμῆν Δημήτριος.*
Ditt. 768 *Ἀντίοχος καὶ Εὔπορος . . . ἀνέθηκαν.*

Sed antiquissimis iam temporibus alia forma adhibita est ita concepta ut, si nomen eius, qui dedicat, affertur, aliquid nomini adiiciatur. Saepissime enim ut dedicantem accuratius indicarent poetae epigrammatici eius patriam inseruerunt. Cuius rei ut exempla oculis subiiciam videas haec:

Kb. 744 (saec. V a) *Πραξιτέλης ἀνέθηκε Συρακόσιος.*
Kb. 762 (saec. V a) *Ἀρχέδημος ὁ Θηραῖος.*
Pr. 55 (saec. V a[1]) *Φόρμις ἀνέθηκεν Ἀρκὰς Μαινάλιος.*

Inde recentiores:

A. P. VI 188 (Leonidae Tarentini) *Ὁ Κρὴς Θηρίμαχος τὰ λαγωβόλα Πανὶ . . . ἐκρέμασε.*
A. P. VI 209 (Antipatri Thessalonicensis) *Βιθυνὶς Κυθέρη με . . . ἀνεθήκατο, Κύπρι.*

Permulti autem epigrammatum auctores secundum communem Graecorum usum nomen patris ei quae dedicat personae addiderunt. Quod ex his epigrammatis elucebit:

Sylloga epigrammatum Graecorum ed. ab Hoffmanno, Halis Saxonum 1893 (Hoffm.). Praeterea inspexi: Anthologiam Palatinam et Planudeam, quarum editiones Iacobsianam et Stadtmuellerianam me adhibuisse consentaneum est, Inscriptiones a scriptoribus traditas ed. a Pregero, Lipsiae 1901 (Pr.), Syllogam inscriptionum graecarum ed. a Dittenbergero, Lipsiae 1900 (Ditt.), Inschriften griechischer Bildhauer, ed. a Loewy, Leipzig 1885 (Loewy), Carmina latina epigraphica ed. a Buechelero, Lipsiae 1895 (Bch.), Inscriptiones latinas selectas ed. a Dessauio, Berolini 1902 (Dess.).

[1]) „Inscriptio est magni donarii, quod Phormis, Gelonis et Hieronis tyrannorum dux, Olympiae dedicavit“ Preger.

Hoffm. 299 (saec. VIa) *Νικάνδρη . . . κούρη Δεινοδίκεω.*
Pr. 71 (saec. VIa) . . . *Πεισίστρατος Ἱππίου υἱός*[1]).
Pr. 106 (saec. VIa) *Νάξιος Εὔεργός με . . . πόρε, Βύζεω παῖς.*
Kb. 745 (saec. Va) *Ἱάρων ὁ Δεινομένεος.*
Kb. 751 (saec. Va) *Πύρης] . . . Πολυμνήστου φίλο[ς υἱός.*
Kb. 778 (saec. III—Ia) *Νικίας . . . υἱὸς Θρασυμήδεος.*
Pr. 61 (ante Varronem) *Τίὸς Διννύτα Δάμαρχος.*
A. P. VI 139 (Anacreontis) *Πραξαγόρας . . . Λυκαίου υἱός.*
A. P. VI 160 (Antipatri Sidonii) *παῖς ἀγαθοῦ Τελέσιλλα Διοκλέος*[2]). Simile habes: A. P. VI 112 (Persis) *ἀγαθοῦ τέκνα Λεοντιάδου.* Alia huius generis exempla sunt: A. P. VI 278, 288, 289, Ditt. 757. 760.

Accuratissimam eamque legitimam hominis dedicantis significationem praebent haec epigrammata: Kb. 825 (aetatis Romanae) Φείδων Ἀμβρώνος ὁ Κ[ρ]ής. A. P. VI 109 (Antipatri) παῖς Νεολάδα Κραῦγις, ὁ θηρευτάς, Ἀρκὰς ἀπ' Ὀρχομενοῦ. Eandem habes in his inscriptionibus pedestri sermone compositis: Ditt. 755 Φίλιππος Ἰασιδήμο Κολωνῆθεν. Ditt. 763 Ἀπατούριος Διοδώρου Μιλήσιος. Ibidem 765. 766. 769. 770.

Poetae aevi Alexandrini et posterioris aetatis hanc formam receperunt leviterque interdum mutaverunt ita ut appositiones alius generis ad personam dedicantem adicerent.

Haec habes exempla:

A. P. VI 204 (Leonidae Tarentini) *Θῆρις ὁ δειδαλόχειρ τᾷ Παλλάδι . . . ἄνθετο.*
A. P. VI 96 (Erycii) *Γλαύκων καὶ Κορύδων, οἱ ἐν οὔρεσι βουκολέοντες, Ἀρκάδες ἀμφότεροι.*
A. P. VI 77 (Eratosthenis Scholastici) *Οἰνοπότας Ξενοφῶν . . . πίθον ἄνθετο.*
A. P. VI 177 (incerti auctoris) *Δάφνις ὁ λευκόχρως . . ἄνθετο Πανὶ.*

Liceat hoc loco ne quid omittam breviter enarrare exemplisque additis illustrare aliam formam ioci causa ita conceptam,

---

[1]) „Die Angabe des Verwandtschaftsverhältnisses durch *υἱός* war in metrischen Inschriften von alters her üblich; in Prosainschriften erst seit der römischen Zeit. Jüngeren Datums sind auch die Bezeichnungen *θυγάτηρ, γυνή* usw.“ Larfeld, Handbuch der griechischen Epigraphik II, Leipzig 1902, p. 849.

[2]) Similis personae significatio saepius invenitur in antiquis titulis sepulcralibus, in quibus mortui nomini verba: *ἀγαθοῦ καὶ σώφρονος ἀνδρός,* plerumque adiecta videmus. Cf. Reitzenstein, Epigramm: e Paulyi Real-Encyclopaedie VI, seorsum editum p. 4. Lier, Topica carminum sepulcralium latinorum, Philologus, N. F., XVI (1903), p. 456. Larfeld, l. c. p. 857.

ut tres personae dedicantes inducantur, imprimis tres venatores qui fratres sunt et quorum nomina semper fere sunt: Pigres: Clitor: Damis. Cf. A. P. VI 187 (Alphei Mitylenaei) κασιγνήτων ἱερὴ τριὰς . . . Πίγρης . . . Κλείτωρ . . . Δᾶμις. Alia eiusdem generis exempla videas: A. P. VI 11. 12. 13. 14. 16. 112. 182. 183. 186. Etiam tres textrices quae sorores sunt occurrunt. Cf. A. P. VI 39. 174. 289. Addam denique epigramma A. P. VI 17 (Luciani) in quo tres feminae dedicant quae non textrices sed meretrices sunt: Αἱ τρισσαὶ . . . ἑταῖραι Εὐφρὼ . . . Κλειὼ . . . Ἀτθίς [1]). Omnia epigrammata, in quibus tres dedicantes nobis occurrunt, nunquam in lapidibus incisa, sed lusus causa efficta esse apparet [2]). Supplendi causa proferam, illa quae attuli epigrammata inter se comparata maximam similitudinem ostendere. Legimus enim in compluribus illius generis epigrammatis quasi appositionem ad subiectum factam verba quae sunt: ἄλλος ἀπ' ἄλλης ἐργασίης vel similia.

Haec habeo exempla poetarum se imitantium: A. P. VI 13 (Leonidae) *Οἱ τρισσοὶ . . . θῆκαν ὅμαιμοι . . . ἄλλης ἄλλος ἀπ' ἀγρεσίης.* A. P. VI 17 (Luciani) *Αἱ τρισσαὶ . . . θῆκαν ἑταῖραι . . . ἄλλης ἄλλη ἀπ' ἐργασίης.* Similia sunt: A. P. VI 179. 182. 184. Quam sententiam verbis paulum mutatis etiam in his epigrammatis scriptam videmus: A. P. VI 11. 12. 16. 183.

2.

Sequitur altera forma, qua is qui dedicat exprimitur, ita concepta ut interrogetur: τίς ἀνέθηκεν;

In iis quae ego quidem inveni exemplis considerandis ea primum proferam epigrammata, in quibus pronomen τίς semel tantum positum videmus.

---

[1]) Occasione data hoc Luciani epigramma cum ep. A. P. VI 174 (Antipatri) comparem. In ep. 174 tres feminae honestae donum dedicant, quod vel ex donis datis apparet, maxime autem elucet ex verbis in epigrammate exeunte additis quae sunt:

ζώειν γὰρ δίχα παντὸς ὀνείδεος ἤθελ' ἑκάστα,
ξεῖνε, τὸν ἐκ χειρῶν ἀρνυμένα βίοτον.

Quae cum ita sint ego quidem puto, Lucianum Antipatri epigramma legisse et in contrarium vertisse.

[2]) Quomodo plurima huius generis epigrammata orta sint, intellegas legens: Ciceronem, de orat. III 194 et pro Archia poeta 18 quod video primum monuisse Reitzensteinium in libri qui inscribitur: Epigramm und Skolion, p. 150, de epigrammaticorum more amplius disserentem.

A. Plan. I 14 (Zenodoti) Τίς γλύψας τὸν Ἔρωτα . . . ἔθηκεν;
A. P. VI 122 (Niciae) Τίς νύ σε θῆκε θεᾷ δῶρον;
A. P. VI 163 (Meleagri) Τίς τάδε μοι θνητῶν . . . ἀνῆψεν σκῦλα;

Hanc formam Alexandrinorum aetate et in schola ortam esse quis est quin concedat? Quod quam vere dictum sit haud difficile ut opinor intellegitur. Consideremus igitur epigrammata dedicatoria saeculi VI et V a. Chr. n., in quibus nunquam nomen hominis dedicantis omittitur[1]). Et recte quidem, cum epigrammata antiquissima id ipsum referant, quis quid dedicaverit. Lusibus autem suis id potissimum egerunt poetae epigrammatici, ut orationem variarent et distinguerent quasi quadam verborum formarumque alacritate. Atque id ita se habere, eo fit probabilius, quod non desunt epigrammata, in quibus pronomen interrogativum non semel sed bis adhibitum videtis.

A. Plan. IV 196 (Alcaei) Τίς σὲ . . . θήκατο; τίς πλέγδην σὰς ἐνέδησε χέρας;

Simile est A. Plan. IV 197 (Antipatri).

Agmen autem huius generis epigrammatum claudunt ea, in quibus pronomen ter adhibitum invenimus.

A. P. VI 324 (Leonidae Alexandrini) *Πέμματα τίς λιπόωντα, τίς Ἄρεϊ τῷ πτολιπόρθῳ βότρυς, τίς δὲ ῥόδων θῆκεν ἐμοὶ κάλυκας;*
A. Plan. IV 159 (incerti auctoris) *Τίς λίθον ἐψύχωσε; τίς ἐν χθονὶ Κύπριν ἐσεῖδεν; ἵμερον ἐν πέτρῃ τίς τόσον εἰργάσατο;*
A. Plan. IV 195 (Satyri) *Τὸν πτερόεντα τίς ὧδε, τίς ἐν δεσμοῖσι θοὸν πῦρ ὤχμασεν; αἰθομένης ἥψατο τίς φαρέτρης;*

Neque alienum videtur adnotare epigrammata, in quibus pronomen τίς ter positum est, inter se simillima esse, quia collocatio huius pronominis in omnibus epigrammatis sibi respondet. Videmus enim pronominis formam τίς in priore epigrammatum versu bis, semel in altero versu adhibitam. Ibi autem ea nunquam primo loco posita videtur, sed in versu medio. Similitudo horum epigrammatum inde quoque luculenter apparet, quod in primo epigrammatum versu alteram pronominis formam semper positam videmus post caesuram quae κατὰ τρίτον τροχαῖον vocatur. Hanc personae dedicantis significationem in epigrammatis lapidi inscriptis non nisi ita ad-

[1]) Cf. Preger, Inscr. gr. metr. Prolegomena § 6.

hibitam esse, ut nomen dedicantis sequatur, optime mea quidem sententia hoc posterioris aetatis epigrammate demonstratur, quod anno 1900 in urbe Corintho repertum est:

T]ίς τύπον εἰμερόεντα ἰθύντορος ἀνθυπάτοιο ἥρπασε; Τίς μορφὴν τῇδ' ἐνέγλυψε λίθῳ; Μορφὴν λαότομος μὲν ἑῇ μειμήσατο τέχνῃ, στῆσε δ' ἀγασσάμενος . . . Εὐταχιανός

cuius epigrammatis structuram perspexit Paul Wolters[1]).

Nunc quoniam exemplis quod volumus demonstratum est, quaeramus, si placet, quo modo illa forma orta sit. Mea quidem sententia poetae epigrammatici hunc in modum viatorem quasi inducunt qui locum ubi donarium positum est adiens fingitur, ut est consentaneum, interrogans: τίς ἀνέθηκεν δῶρον;[2])

Et, cum in antiquissimis epigrammatis non solum nomen dedicantis allatum esset, sed etiam saepissime, ut supra vidimus, patris et patriae nomina, epigrammatum scriptores progressi sunt ad eam formam qua donum ut illa dicat a viatore rogatur verbis: τίς σ'ἀνέθηκεν, λέξον[3]). Haec sunt exempla:

A. P. VI 224 (Theodoridae) *Εἰνάλιε λαβύρινθε, τύ μοι λέγε, τίς σ'ἀνέθηκεν;*

A. Plan. IV 55 (Troili Grammatici) *Εἰκών, τίς σ'ἀνέθηκε . . . λέξον.*

A. P. VI 259 (Philippi) *α) Τίς . . . σε . . . ἔθηκεν; β) Ἑρμογένης. α) τίνος ὤν; β) Δαϊμενεύς. α) ποδαπός; β) Ἀντιοχεύς*[4]).

Liceat addere quod supra, ne textum interrumperem, omisi. Sententiae meae, huius generis epigrammata poetarum Alexandrinorum aetate orta esse non repugnant epigrammata ipsa. Sane A. Plan. III 23: Εἰπόν, τίς, τίνος ἐσσί, τίνος πατρίδος, τί

---

[1]) Rh. Mus. T. 59 (1904) p. 158.

[2]) Cf. Herond. IV 21: *τίς ἦρα τὴν λίθον ταύτην τέκνων ἐποίει, καὶ τίς ἐστιν ὁ στήσας;* ad hunc quem attuli ut de origine huius formae iudicari possit locum comiter me delegavit Skutsch.

[3]) Haec ratio confirmatur posterioris aetatis titulo sepulcrali in Bithynia reperto quem similiter conceptum videmus verbis quae sunt: *Τὴν στήλην τίς ἔστησεν; φράζ(ζει) λίθος τοὔνομα, ἄκουε, ὦ ξένε. Ἀρχέδημος Φλαβίᾳ Κυρίλλῃ συνβίῳ μνήμης χάριν.* Bulletin de correspondance hellénique, Paris 1904, p. 25.

[4]) Eundem in modum epigramma sepulcrale (A. P. VII 163 Leonidae) conformatum videmus his verbis:

α) Τίς, τίνος εὖσα, γύναι, Παρίην ὑπὸ κίονα κεῖσαι; β) Πρηξῶ Καλλιτέλευς. α) καὶ ποδαπή; β) Σαμίη.

δὲ νικῇς[1]); et A. P. XIII 11: α) Τίς εἰκόνα τάνδ' ἀνέθηκεν; β) Δωριεὺς ὁ Θούριος Simonidis nomen videmus praescriptum. Sed Simonidem horum epigrammatum auctorem esse quis credat? Nam aetate Alexandrinorum saepissime epigrammatis clarissimorum auctorum velut Simonidis Sapphus Anacreontis ficta nomina inscripta esse constat[2]), ut ea pluris aestimarentur[3]). Atque epigrammata non Simonidis esse eo fit probabilius, quod tota epigrammatum conformatio diversa est ab antiquorum epigrammatum[4]), quae ut iam dixi non nisi aliquem aliquid dedicasse dicunt[5]).

[1]) Liceat mihi comparandi causa afferre carminis quod inscribitur Batrachomyomachia versum 13 *Ξεῖνε, τίς εἶ; πόθεν ἦλθες ἐπ' ἤονα; τίς δέ σ'ὁ φύσας;*

[2]) Cf. Kaibel, Mus. Rhen. XXVIII (1873) p. 436 sq.

[3]) Cf. v. Wilamowitz-Moellendorff, Hermes XX (1885) p. 62.

[4]) Cf. v. Wilamowitz, Nachr. Ges. Wiss. Göttingen, Phil. hist. Kl. (1897) p. 321.

[5]) Speciosa quaedam imitationis exempla praebent Anthologiae Planudeae epigrammata III 23 et IV 55. Videamus igitur verba ipsa: A. Plan. III 23 („Simonidis") *Εἰπόν, τίς, τίνος ἐσσί, τίνος πατρίδος, τί δὲ νικῇς; Κασμύλος, Εὐαγόρου, Πύθια πύξ, Ῥόδιος.* A. Plan. IV 55 (Troili Grammatici):

α) Εἰκών, τίς σ'ἀνέθηκε, τίνος χάριν, ἤ τίνι, λέξον.

β) ἀντὶ παλαισμοσύνης θῆκε Λύρωνι πόλις.

Praeter eandem epigrammatum formam (distichon) pronominis interrogativi formas *τίς* et *τίνος* iisdem utriusque epigrammatis locis positas videmus. Illa forma, qua viator ipse monumentum interrogat, quis donaverit, et rogat, ut nomen sibi dicat, magnam utriusque epigrammatis similitudinem efficit. Accedit quod verbi formae: *λέξον* (55) et *εἰπόν* (23) inter se respondent ita ut in epigrammate 55 eam legamus in hexametri exitu, in 23 autem in hexametro ineunte. Etiam utriusque epigrammatis initium simillimum est: (55) *εἰκών* (23) *εἰπόν*. Quaestiones denique in hexametro factae in utriusque epigrammatis pentametro solvuntur.

Praeterea eiusdem Anthologiae Planudeae epigrammata 267 et 275 digna sunt quae comparemus. Mea quidem sententia Synesius Scholasticus qui epigrammatis 267 auctor est Posidippi epigramma 275 lepidissime respexit. Primi enim duo utriusque epigrammatis versus non solum eundem sensum, sed etiam eadem ostendunt verba, quorum et collocatio et formatio ad syllabas fere eadem est.

Examines velim: A. Plan. IV 267 *α) Ὀππόθεν ὁ στήσας; β) Βυζάντιος. α) οὔνομα δὴ τίς; β) Εὐσέβιος. α) σὺ δέ, τίς; β) Κῴος Ἱπποκράτης.*

A. Plan. IV 275 *α) Τίς, πόθεν ὁ πλάστης; β) Σικυώνιος. α) οὔνομα δὴ τίς; β) Λύσιππος. α) σὺ δέ, τίς; β) Καιρὸς ὁ πανδαμάτωρ.*

Accedunt quaestiones eundem in modum conceptae: 267, vers. 3

§ 2.

Nunc exponam qua ratione deus cui res dedicatur in epigrammatis dedicatoriis appelletur. Semper fere deum aliquo attributo affectum videmus ita ut eo significetur:

I. origo dei;
II. potentia dei;
III. regio vel locus certus, ubi imprimis deus colitur.

Non discernam autem ea cognomina quae inde a priscis temporibus in cultu deorum adhibebantur a cognominibus poeticis, quoniam utri generi singula nomina tribuenda sint per se apparere iudico.

I.

Ordiamur igitur si placet ab ea forma, qua quibus parentibus deus natus sit exprimitur. Priusquam autem singula proferam exempla, paucis, ut originem illarum quas dixi dei significationum persequar, moneo, easdem iam ab Homero adhibitas me invenisse itemque a poetis scaenicis, qui quidem ipsi ex hymnis ad deorum laudem factis eas receperunt[1]). Qua de causa singulis in formis considerandis eos qui respondent locos afferam[2]). Haec habeo exempla:

Juppiter. Κρονίδης.

Kb. 743 (saec. VIa) *Κρονίδα*, [Ζ]*εῦ Ὀλύμπιε*. A. P. VI 135 („Anacreontis") Saepissime Juppiter antiquissimis iam temporibus cognomine *Κρονίδης* significatur. Cf. Hom. B. 111. Pind. Pyth. IV 303. Eurip. Bacch. 95.

α) *τοῦ δ' ἕνεκεν γέγραφέν σε*; 275 vers. 11 α) *τοὔνεχ' ὁ τεχνίτης σε διέπλασεν*; Habes igitur egregium imitationis exemplum. Nam Synesius Scholasticus „non celare studet imitationem, sed dum ita exprimit exemplar ut necessario agnoscatur, simul suam quandam venditat copiam". (C. Lehrs, de Aristarchi studiis Homericis², p. 69.)

[1]) Cf. Adami, De poetis scaenicis Graecis hymnorum sacrorum imitatoribus, Jahrb. f. klass. Philol., Suppl.-Bd. XXVI, Lipsiae (1900), p. 215 sq. Ausfeld, De Graecorum precationibus quaestiones, Jahrb. f. klass. Philol., Suppl.-Bd. XXVIII, Lipsiae (1903), p. 505 sq. Ziegler, De precationum apud Graecos formis quaestiones selectae, Diss., Vratislaviae 1905.

[2]) Quos ut eruerem inspexi lexica, Passowii, Ebelingi, Wellaueri, Ellendti, Rumpeli, quae supplevi ex Bruchmanni libro, Epitheta deorum (Lipsiae 1893). Preller-Robert, Gr. Myth., Berlin 1894. Preller, Röm. Myth.³, Berlin 1881.

Neptunus. Κρόνου υἱός.

Hoffm. 339 (saec. IV a) *Ποσειδῶνι Χρόνου υἱεῖ.* Eandem Neptuni significationem habes: Pind. Isthm. I 76—78, cum Iove coniunctam: Hom. N. 345. Simile est A. P. VI 164 (Luciani) *βυθίῳ Κρονίδῃ.*

Minerva. 1. Διὸς γλαυκῶπις κόρη.

Kb. 738 (saec. VI a) *Διὸς γλαυκώπιδι κούρηι.* Eundem versus exitum habes β 433. Cf. etiam Christodori ecphras. 142 *Διὸς γλαυκώπιδα κούρην.*

2. Διὸς θυγάτηρ.

Kb. 753 (saec. V a) *Διὸς θύγατερ.* Cf. H. 24 *Διὸς θύγατερ μεγάλοιο.* Alcm. fr. 51. Simon. fr. 81. Soph. O. R. 159. 187. Usitatissimam fuisse illam deae significationem docent etiam alii loci Homerici velut Δ 128 *Διὸς θυγάτηρ.*

3. παῖς Διὸς μεγάλου.

Kb. 754 (saec. V a) *παιδ]ὶ Διὸς μεγάλου.* Cf. Lamprocles fr. 1 (Bergk P. L. G.).

4. Διὸς φυγοδέμνιε κούρα, Παλλάς.

A. P. VI 10 (Antipatri).

Addo haec exempla quibus nomen Διὸς deest.

5. κούρη γλαυκῶπι.

A. P. VI 103 (Philippi) Eadem deae significatio exstat apud: Hom. Ω 26, ω 518, Hes. th. 895.

6. κούρᾳ δεσπότιδι. A. P. VI 160 (Antipatri Sidonii).

7. Παλλάδι Τριτογενεῖ.

Kb. 751 (saec. V a). Kb. 770 (saec. IV a). A. P. VI 10 (Antipatri) *Τριτογενές, Παλλάς.* Cf. hym. hom. in Minervam 28, vers. 1 et 4 (Abel).

8. τριτογένεια θεά. Hoffm. 331 (saec. IV a).

9. Τριτωνίδι κούρᾳ.

A. P. VI 159 (Antipatri Sidonii). Ibidem VI 342. Cf. Apoll. Rhod. Arg. I 109 sq. *αὐτή μιν Τριτωνὶς ἀριστήων ἐς ὅμιλον ὦρσεν Ἀθηναίη.* Ibidem I 768. III 1183. Callim. ep. inc. IX 5 (Schneider) *Τριτωνίδι δίᾳ.*

Apollo.

1. μάκαρ Λητῶε. A. P. VI 54 (Pauli Silentiarii).

2. Λατοΐδα. Pr. 92 (saec. II a) cf. hymn. mag. II 2 (Abel) Λητοΐδη.

Diana. 1. Ἀρτέμιδι κούρηι Διὸς αἰγιόχοιο.

Hoffm. 302 (saec. VIa). Cf. ζ 151 *Ἀρτέμιδι . . . Διος κούρῃ μεγάλοιο*, *I* 536 *Διος κούρῃ μεγάλοιο*[1]).

2. Ζηνὸς καὶ Λητοῦς κούρη, Ἄρτεμις. A. P. VI 240 (Philippi).

3. Λατῷᾳ Ἀρτέμιδι. A. P. VI 128 (Mnasalcae).

4. ὦ Λητωΐ.

A. P. VI 202 (Leonidae Tarentini) VI 272 (Persis). Cf. Apoll. Rhod. Arg. III 878. Alex. Aet. p. 225 (M.) Callim. hymn. III 45.

Bacchus. Παιδὶ φιλοστεφάνου Σεμέλας. A. P. VI 140 („Anacreontis").

Amor. 1. ὦ παῖ Κύπριδος. Kb. 811 (saec. II p.). 2. παῖδα Κυθήρης. A. Plan. IV 219 (Platonis). 3. ἆ τέκος Ἀφρογενοῦς. A. Plan. IV 211 (Statilii Flacci).

Mercurius. 1. Ζ]ηνὸς καὶ Μαίας . . . Ἑρμῆ[ν. Kb. 812 (saec. II p.) cf. hymn. hom. III 1.

2. Μαιάδος υἱέ.

(in hexametro exeunte) A. P. VI 346 („Anacreontis"); eodem versus loco habes eandem dei invocationem: hymn. hom. III 408. 439. Cf. *Διὸς καὶ Μαιάδος υἱέ* III 301. 579. XVII 10. Similes loci: § 435 hymn. hom. III 424. III 430, medio in versu illam dei significationem habes: hymn. hom. III 567 *Μαιάδος υἱέ*, item III 574.

3. Μαιάδος Ἑρμᾶ. A. P. VI 334 (Leonidae). Kb. 815 (saec. II p). A. Plan. I 11 (Hermocreontis).

Hercules. 1. Ἡρακλῆς Ἀμφιτρύωνος. Pr. 66 (saec. IVa) cf. E 392. παῖς Ἀμφιτρύωνος, λ 270.

2. Ἀμφιτρυωνιάδᾳ[2]). A. P. VI 114 (Philippi Thessalonicensis).

3. Τὸν Διὸς Ἀλκμήνης τε γόνον. Kb. 830 (aetat. Rom.); simile exemplum Kb. 831 (II fere saec. p.): Ὦ Διὸς Ἀλκμήνης τε αἷμα Ἡράκλεες.

4. Ἀλκείδα. A. P. VI 116 (Sami).

---

[1]) Eundem in modum aliae deae significantur:
Minerva: *E* 733 *Ἀθηναίη, κούρη Διὸς αἰγιόχοιο*, item *ω* 529.
Helena: *Γ* 426 *Ἑλένη κούρη Διὸς αἰγιόχοιο.*
Nymphae: Z 420, ζ 105 *κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.*
Musae: *B* 598 *Μοῦσαι . . . κοῦραι Διὸς ἀγιόχοιο.*

[2]) Ex Alexandrinis hausit Catullus 68, 112: audit falsiparens Amphitryoniades. Cf. etiam Verg. Aen. VIII 214.

Nymphae. ποταμοῦ κόραι. A. P. VI 189 (Moerus).

Etiam Romani similes deorum significationes et in carmina dedicatoria et in inscriptiones pedestri sermone conceptas receperunt. Haec sunt exempla:

Bacchus. Bch. 1519 (saec. II exeuntis). Leiber . . . Iovis e fulmine natus.

Hercules. Bch. 868 (saec. II p.) Alcide.

Eandem dei invocationem habes: Bch. 869 (saec. III p). Cf. etiam Ov. her. 9, 75. Sen. Herc. fur. 1350. Praeterea Hercules vocatur Alcides: Verg. Aen. VI 123. Hor. carm. I 12, 25.

Fortuna. Dess. 3684. Fortuna Diovo fileia. Eandem deae significationem vides ibidem 3685: Fortunae Iovis puero, ibidem 3686, notissimum Fortunae Praenestinae agnomen.

II.

Sequitur altera dei significatio qua ut supra diximus potentia dei celebratur.

Haec epitheta a Graecis certo quodam consilio plerumque electa esse notum atque consentaneum est. Qua de causa operae pretium mihi videtur esse accuratius inquirere, qua ratione in epigrammatis dedicatoriis ea adhibita sint. Inveni autem haec:

1. Epitheta iam apud Homerum et poetas scaenicos usitatissima, quae sine certo quodam consilio singulis in epigrammatis posita sunt.
2. Epitheta accommodata:
   a) dedicantis artificio.
   b) rei dedicatae.
   c) rei petitae.
   d) dedicandi causae.
   e) loco quo donarium ponitur.

1. Epitheta usitatissima.

Juppiter[1]) (cf. 2a, 2d). 1. Πανομφαίῳ Ζηνὶ.

A. P. VI 52 („Simonidis") Eodem versus loco habes eandem dei invocationem Θ 250. Similes loci: Orph. A. 660 (Abel). 1299.

---

[1]) Numeris additis delego ad cetera eiusdem dei epitheta.

2. Ζηνὶ θεῶν βασιλεῖ.

Pr. 56 (V fere saeculi a). Haec forma aliena videtur ab usu Homerico, ego quidem frustra quaesivi exempla. Alibi habes eam: Hes. th. 886 *Ζεὺς θεῶν βασιλεύς*. Cypr. fr. 6 (Kinkel). Sine dei nomine: Hes. th. 923. Pind. Ol. VII 34. Pind. Nem. VII 82.

Neptunus (2a). 1. Ποντίῳ ἱππομέδοντι Ποσειδῶνι.

Hoffm. 339 (saec. IV a). Cf. hymn. hom. XXII 4:

διχθά τοι, Ἐννοσίγαιε, θεοὶ τιμὴν ἐδάσαντο,
ἵππων τε δμητῆρ' ἔμεναι σωτῆρά τε νηῶν.

Epitheton *ἱππομέδοντι* aliis locis non adhibitum vidi, saepius autem: *πόντιος*. Cf. hymn. hom. XXII 1/3 *Ποσειδάωνα . . . πόντιον*. Eurip. Phoen. 84.

2. Πόσειδον κυανοχαῖτα.

A. P. VI 246 (Philodemi). Eandem dei invocationem habes: *ι* 528. Similes loci sunt: *N* 563. *Ξ* 390. Hes. th. 278. Orph. fr. 2, 2 (Abel). Ibidem 46.

Minerva (cf. 2a, 2b, 2d). Ἀθηναίῃ πτολιούχ[ῳ. Kb. 769 (saec. IV a). Cf. Arist. nub. 602 (Bergk²) πολιοῦχος Ἀθάνα. equ. 581. Lys. 345.

Apollo (cf. 2d, 2e). 1. ἑκατηβόλ' Ἄπολ[λον.

Kb. 799 (aetat. Rom.). Eundem hexametri exitum habes: hymn. hom. in Apoll. II. 44. Adde hos qui similes sunt locos: *A* 370. *E* 444. *υ* 278. Hes. sc. 58. Orph. fr. 49, 1 (Abel).

2. Ἀπόλλωνι χρυσοκόμῳ.

A. P. VI 264 (Mnasalcae). Cf. Pind. Ol. VI 70 *ὁ χρυσοκόμας*. Ibidem VII 58. Eurip. Suppl. 976. Eurip. Troa. 253. Arist. av. 217. Huc spectat etiam: Tyrt. fr. 3 (Bergk). Orph. hymn. XXXIV 9 (Abel).

3. Ἀργυρότοξε.

A. P. VI 137 („Anacreontis"). Cf. *A* 37 *κλῦθί μευ, ἀργυρότοξ'*. Ibidem 451. *Ω* 56. *E* 517. Orph. L. 764 (Abel).

4. Φοίβῳ ἀκερσεκόμῃ.

Kb. 800 (aetat. Rom.). Cf. *Υ* 39. Hymn. hom. in Apoll. I 134. Hes. fr. 143 (Kinkel).

Diana (cf. 2a). h(ε)κηβόλωι ἰοχεαίρηι.

Hoffm. 299 (saec. VI a). Cf. hymn. hom. in Dianam IX 6. Saepius invenitur versus clausula verbis: *Ἄρτεμις ἰοχέαιρα* conformata. Cf. *E* 53. 447. *Z* 428. *Υ* 39. *Ω* 606. Similes loci: *ζ* 102. Hymn. hom. in Apoll. I 15, in Dian. XXVII 2. Hes. th. 14.

Mercurius (cf. 2b, 2e). Κήρυκι ἀθανάτων Ἑρμῆι ἀγοραίωι. Kb. 772 (saec. IV a). Cf. Hes. th. 939. Hes. op. 80.

2a. Epitheta personae dedicantis artificio accommodata.

Juppiter. κοιράνῳ ἀθανάτων.

A. P. VI 332 (Hadriani) dedicat *κοίρανος ἀνθρώπων* (Traianus) ut verba epigrammatis ipsa retineam.

Neptunus. ἁλὸς[1]) τύραννε, Πόσειδον. A. P. VI 90 (Philippi Thessalonicensis) (nauta dedicat).

Minerva. χαριέργῳ Ἀθάνᾳ.

A. P. VI 205 (Leonidae Tarentini) (artifex dedicat). Hoc deae epitheton optime explicatur notissimis illis verbis Homericis: *υ 72 ἔργα δ' Ἀθηναίη δέδαε κλυτὰ ἐργάζεσθαι.*

Diana. λιμενῖτι Ἄρτεμι. A. P. VI 105 (Apollonidae) (piscator dedicat).

Rhea. λεοντόδιφρε Ῥέη.

A. P. VI 94 (Philippi Thessalonicensis) (venator dedicat). Cf. Orph. hymn. XIV 2 (Abel) *Πότνα Ῥέα, ἣ λὶς ταυροφόνος ἱερότροχον ἅρμα τιταίνει.*

Ceres. (cf. 2 b, 2 c). 1. Δηοῖ λικμαίῃ. A. P. VI 98 (Diodori Zonae) (agricola dedicat).

2. Δηοῖ τῇ σταχυοστεφάνῳ.

A. P. VI 104 (Philippi) (agricola dedicat). Similia deae epitheta habes: Orph. L. 242. Orph. hymn. 40. 3.

Horae. ἐναυλακοφοίτισιν Ὥραις. A. P. VI 98 (Diodori Zonae) (agricola dedicat).

Pan (cf. 2 b, 2 c). 1. ὦ Πὰν σκοπιῆτα. A. P. VI 16 (Archiae) (tres venatores dedicant instrumenta). Idem epitheton vides A. P. VI 109 (Antipatri) ubi item venator dedicat.

2. Πὰν λοφιῆτα[2]). A. P. VI 79 (Agathiae Scholastici) (agricola dedicat).

3. Πανὶ φιλαγραύλῳ. A. P. VI 173 (Macedonii Consulis) (pastor dedicat[3]).

---

[1]) Non casui tribuam lusum verborum in ultimis duobus epigrammatis versibus adhibitum:

ἁλὸς τύραννε, σοί, Πόσειδον, Ἀρχικλῆς
ἔθηκε, λήξας τῆς ἀπ' ᾠόνων ἄλης.

[2]) Verba *Πὰν λοφιῆτα* poeta saeculi VI p. Chr. n. ad Archiae verba *Πὰν σκοπιῆτα* conformasse videtur, quod cum eadem verborum versus collocatione tum conformatione grammatica satis demonstratur. Nam a *λόφος* qui *λοφιῆτα* descendere potuerit nisi *ι* littera ex *σκοπιῆτα* irrepente non video.

[3]) Quo in epigrammate poeta dei epitheton recte electum esse confirmare videtur dicens: *νομίαν ἀνέθηκε κορύναν.*

4. ὁλησκόπῳ Πανὶ. A. P. VI 107 (Philippi) (venator dedicat).

Priapus. 1. Αἰγιαλῖτα Πρίηπε. A. P. VI 33 (Maecii) et VI 193 (Flacci) (piscator dedicat).

2. ἀγροιώτῃ τῷδε Πριήπῳ. A. P. VI 22 (Zonae) (custos horti fructus arboreos consecrat).

2 b. Epitheta rei dedicatae accommodata.

Minerva. φιλέριθε κόρη Παλλαντιάς.

A. P. VI 247 (Philippi) (deae dedicantur textricis[1]) instrumenta). Quo cum loco cf. Theocr. Idyll. XXVIII 1: *ὦ φιλέριθ' ἀλακάτα δῶρον Ἀθανάας.*

Bacchus. Φιλόργιε. Kb. 820 (II fere saec. p.) (dedicatur βῆμα θεήτρου).

Mercurius. Εἰνοδίῃ. A. P. VI 199[2]) (Antiphili Byzantini). (Antiphilus dedicat: πῖλον, ὁδοιπορίης σύμβολον). Cf. Theocr. idyll. 25, 4: Ἑρμέω εἰνοδίοιο.

Ceres. ὦ φιλόπυρε Δηοῖ. A. P. VI 36 (Philippi Thessalonicensis): dedicantur enim Δράγματα χώρου μικραύλακος.

Pan. αἰγίκναμε. A. P. VI 167 (Agathiae Scholastici) homo dedicat τὸν τράγον.

Addam denique epigramma A. P. VI 324 (Leonidae Alexandrini), in quo poeta ludit ita ut epitheton deo tribuat quod rei dedicatae minime convenit. Verba sunt haec:

Πέμματα τίς λιπόωντα, τίς Ἄρεϊ τῷ πτολιπόρθῳ βότρυς, τίς δὲ ῥόδων θῆκεν ἐμοὶ κάλυκας; Νύμφαις ταῦτα φέροι τις. ἀναιμάκτους δὲ θυηλὰς οὐ δέχομαι . . . Ἄρης. Eandem dei significationem habes: *Υ* 152 *Ἄρηα πτολίπορθον.* Hes. th. 936 *σὺν Ἄρηι πτολιπόρθῳ* [3]).

---

[1]) Minerva et apud Graecos et apud Romanos artis textrinae dea colebatur. Cf. Preller-Robert, Gr. Myth., Berlin 1894, p. 214. Preller, Röm. Myth.[3], Berlin 1881, p. 294.

[2]) Simile exemplum habes in epigrammate saeculi V a. Chr. n. lapidi inscripto, quod apud Kaibelium vides 759, quo Python postquam permulta fecit itinera Mercurio donarium dedicat. Verba autem sunt haec: *Πύθων Ἑρμῆι ἄγαλμα . . . ἑστησεμπολλὰς θησάμενος πόληας.*

[3]) Rei quae deo vovetur epitheton dei accommodatum habes: A. P. VI 240 (Philippi), ubi Diana invocatur: *θηροσκόπε τοξότι . . . Ἄρτεμις, ἣ θαλάμους τοὺς ὀρέων ἔλαχες.* Voti autem verba sunt: *Φίλιππος ῥέξει καλλιθυτῶν κάπρον ὀρειονόμον.* Similem in modum Diana significatur: hymn. hom. in Dianam XXVII 11 (Abel) *θηροσκόπος ἰοχέαιρα.*

2 c. Epitheta rei petitae accommodata.

Juno. Ἥρη, Ἐλειθυιῶν μήτηρ, Ἥρη τε τελείη.

A. P. VI 244 (Crinagorae) Iuno rogatur ut auxilium ferat feminae parturienti. Cf. *Λ* 270. Hes. th. 921. *Ἥρη τελείη* vocatur Iuno his locis: Aesch. fr. 383 (Nauck²). Aesch. Eumen. 213.

Ceres. Δάματερ πολύκαρπε[1]). App. 7 (Aristoclis) dea rogatur ut terrae fructus det.

Panes. Ὑψηλῶν ὀρέων ἔφοροι, Πᾶνες, βουχίλου κράντορες Ἀρκαδίης. A. P. VI 108 (Myrini) dei rogantur ut pecudes augeant.

Mars. Ἄρες βροτολοιγέ.

A. P. VI 91 (Thalli Milesii) Personae dedicantes rogant deum ut se victoriam ab hostibus reportantes faciat. Eandem dei invocationem vides: *E* 31 et 455. Cf. Hes. sc. 333 et 425. Aeschyl. Suppl. 640.

Ut epitheta deorum rei petitae accommodarent poetae epigrammatici mea quidem sententia precationibus antiquis commoti videntur, in quibus ipsis id saepissime fit[2]).

2 d. Epitheta dedicandi causae accommodata.

Minerva. πολιήοχε πότνι' Ἀθάνα. Hoffm. 242 (antiqu. aetat.) dedicandi causa: [Ἀστῶν] θαλ[λ]όντων. Cf. Pind. Ol. V 22.

Juppiter. Διὶ Οὐρίῳ[3]).

Ditt. 758 dedicatur: *ὑπὲρ τῶν πλοϊζομένων πάντων.* Cf. Kb. 779 (saec. III vel IIa) *Οὔριον ἐκ πρύμνης τις ὁδηγητῆρα καλείτω Ζῆνα κατὰ προτόνων ἱστίον ἐκπετάσας.* Eundem in modum Juppiter invocatur: Aesch. Suppl. 578 *τὸ πᾶν μῆχαρ οὔριος Ζεύς.*

2 e. Locus quo donarium ponitur et dei epitheton sibi respondent his in epigrammatis:

---

[1]) Epitheton *πολύκαρπος* primo terrae additum videtur. Cf. *η* 122 *ἔνθα δέ οἱ πολύκαρπος ἀλωὴ ἐρρίζωται.* Item *ω* 221. Pind. Pyth. 9, 12. Etiam terrae fructus hunc in modum significantur: Eurip. Phoen. 230 *τὸν πολύκαρπον οἰάνθας βότρυν.* Homines vocantur *πολύκαρποι* ab Herod. V 49 (qui Phryges appellat) *πολυκαρποτάτους.* Dei illo epitheto afficiuntur: C. I. Gr. (Boeckh) 2175, 4:

κα]ὶ Δήμη[τρος καὶ θεῶν]
καρποφόρων καὶ [θε]ῶ[ν]
πολυκάρπων καὶ τελεσφόρων.

[2]) Cf. Ziegler, p. 53.

[3]) Ad hoc dei epitheton explicandum conferas Preller-Robert, Gr. Myth. p. 158 et 118 adnot. 1. Herod. IV 87 cum adnot. Steinii.

Apollo. Φοίβωι Ἀγυιεῖ[1]).

Kb. 786 (II fere saec. a.); donum ponitur παρὰ προπύλωι. Eandem dei invocationem habes: Eurip. Phoen. 631. Pherecrat. Κραπατάλοις fr. 87 (Kock). Arist. vesp. 875. Arist. Thesm. 489. Demosth. adv. Mid. § 531.

Mercurius. Ἑρμᾶν ἀγροῦ καρποτόκου ῥύτορα καὶ κτεάνων. A. Plan. I 11 (Hermocreontis); dei imago ponitur sub arbore.

Liceat denique nonnulla exempla afferre, quibus, quo epitheton dei consilio adhibitum sit, luculenter apparet, cum in iis vel unum epitheton duplici consilio vel compluria certo quodam consilio posita sint:

A. P. VI 70 (Macedonii Consulis) Neptunus invocatur: ὦ πόντου βασιλεῦ καὶ κοίρανε γαίης. Duplex consilium mea quidem sententia in his duabus invocationis partibus inest. Homo dedicans, qui adhuc nautae officio functus est, ea desistit re et, ut maris deo gratiam referat, navem ipsam dedicat, ut autem dei favorem sibi in futurum conciliet addit verba: καὶ κοίρανε γαίης. Quod quidem elucet ex ultimis epigrammatis versibus:

πάντα δ' ἀπειπάμενος, φόβον, ἐλπίδας, οὖρον, ἀέλλας,
πιστὸν ὑπὲρ γαίης ἴχνιον ἠδρασάμην.

Simile exemplum: A. P. VI 44 (incerti auctoris) Γλευκοπόταις Σατύροισι καὶ ἀμπελοφύτορι Βάκχῳ; nam hic quoque epitheta rei dedicatae: πρώτης δράγματα φυταλιῆς accommodata sunt. Significatio dei: οἴνοπι Βάκχῳ, quae in epigrammatis versu 5 exstat, sine ulla dubitatione verbis versuum 3 et 4 respondet quae sunt:

τρισσῶν οἰνοπέδων τρισσοὺς ἱερώσατο τούσδε
ἐμπλήσας οἴνου πρωτοχύτοιο κάδους[2]).

In A. P. VI 258 (Adaei) ὦ Δάματερ ἐπόγμιε epitheton dedicantis officio accommodatum est, nam agricola dedicat. πολύσωρε rei petitae

---

[1]) De huius dei veneratione cf. Preller-Robert, Gr. Myth. I p. 276. Quemadmodum ut Apollo illa voce significaretur factum sit optime intellegas ex Eustatii verbis (Commentarii ad Homeri Iliadem I, Lips. 1827) 166, 23 quae sunt: ἔφη δέ τις καὶ ἀγυιάτιδας θεραπαίνας τοὺς πρὸ τῶν θυρῶν βωμούς, οἳ πρὸς χάριν Ἀγυιέως Ἀπόλλωνος ἵδρυντο, τιμωμένου πρὸ πυλῶν ὡς ἀλεξικάκου. Similiter explicavit Macrobius cum Sat. I cap. 9, 6 dixit: apud Graecos Apollo colitur qui Θυραῖος uocatur, eiusque aras ante fores suas celebrant, ipsum exitus et introitus demonstrantes potentem. Idem Apollo apud illos et Ἀγυιεὺς nuncupatur, quasi uiis praepositus urbanis: illi enim uias quae intra pomeria sunt ἀγυιὰς appellant.

[2]) Occasione data magnam qua poeta singulos epigrammatis versus composuit artem paucis tangere non omittam. Conferas velim versus 3 et 6 figura allitterationis exornatos:

τρισσῶν οἰνοπέδων τρισσοὺς ἱερώσατο τούσδε.
καὶ Σατύροις, Σατύρων πλείονα πιόμεθα.

respondet his verbis expressae: *σὺ δὲ Κρήθωνος ἄρουραν πᾶν ἔτος εὔκριθον καὶ πολύπυρον ἄγοις* qua in re similem verborum compositionem: *πολύσωρε — πολύπυρον* casui non tribuam.

A. P. VI 34 (Rhiani) *τῷ Πανὶ ὀρειάρχᾳ* respondent *δῶρα συαγρεσίης*. Verba *ὦ Πὰν σκοπιῆτα* accommodata sunt rei petitae: *εἰς ὀπίσω Πολύαινον εὔαγρον πέμποις υἱέα Σιμύλεω*.

Videamus nunc ep. A. P. VI 106 (Diodori Zonae) in quo Pan invocatur epitheto: *ὑλειῶτα* accommodato loco quo donarium ponitur: *κατ' ἀγριάδος πλατάνοιο* et personae dedicantis officio: *λυκορραίστης Τελέσων*. Rei autem petitae eodem in epigrammate accommodata videtur dei invocatio: *Πὰν βουνῖτα*, cum homo dedicans deum roget his verbis: *εὐαγρεῖ τῷδε πέτασσον ὄρος*, quamquam negare non possum, hoc ipsum dei epitheton re ipsa postulari. Prudenti consilio complures dei invocantur in ep. A. P. VI 31 (incerti auctoris) *Αἰγιβάτῃ Πανί, εὐκάρπῳ Διονύσῳ, Δηοῖ Χθονίῃ*. Omnia epitheta accommodata videmus rei petitae ita ut: *αἰγιβάτῃ Πανὶ* respondeant: *πώεα, εὐκάρπῳ Διονύσῳ — καλὸν οἶνον, Δηοῖ Χθονίῃ — καρπὸν ἀπ' ἀσταχύων*. Ad epitheton *εὔκαρπος* Dionyso tributum explicandum sollertissime poeta adiectivum *καλὸς* ad omnes quae petuntur res addidit. Habes enim: *καλὰ πώεα*: *καλὸν οἶνον*: *καλὸν παρπὸν ἀπ' ἀσταχύων*.

Exemplum autem illustrissimum praebet ep. A. P. VI 32 (Agathiae Scholastici), in quo Pani deo caper dedicatur. Epitheta dei poeta ita elegit, ut iis respondeant adiectiva rei dedicatae tributa. Conferas igitur:

Δικραίρῳ — δικέρωτα
δασυκνάμῳ — δασυχαίταν
εὐσκάρθμῳ — ἴξαλον
ὑλοβάτᾳ — λόχμιον
ὑπηνήτᾳ[1]) *— λάσιον τράγον*.

Loco denique quo donarium ponitur poeta accommodavit hoc dei epitheton: *Πανὶ φιλοσκοπέλῳ — παρὰ πρῶνα*[2]).

Saepe poetae deorum cognominibus utuntur ex eadem stirpe derivatis, unde ducta sunt adiectiva ad eam cui dei cognomen respondet rem apposita. Quod quidem ex nonnullis quae protuli exemplis intellegi potest. Addo illustrissimum huius generis exemplum:

A. P. VI 38 (Philippi) *Δίκτυα δυσιθάλασσα: ἀρχιθάλασσε Πόσειδον*. Simile: A. P. VI 37 (incerti auctoris) *βουκόλοι: Πανὶ, ὡραίων ῥύτορι βουκολίων*. A. P. VI 185 (Zosimi Thasii) *βριθὺ δίκτυον θηρῶν: εὐθήρῳ Πανί*. A. P. VI 27 (Theaeteti Scholastici) *ἀπ' εὐθήρου . . . ἄγρης: δαίμοσιν ἀγροδότῃσιν*.

---

[1]) Dativum *ὑπηνήτᾳ* pro accusativo quem codex tradit recte Wakefield restituisse videtur.

[2]) Illud epigramma figura chiasmi bis repetita fit elegantius. Neque allitterationis figuram ut epigramma exornaret poeta neglexit. Videas versum primum:

Δικραίρῳ δικέρωτα, δασυκνάμῳ δασυχαίταν.

Iam carmina huius generis dedicatoria latina videamus. Bch. 256 (saec. III) Latona vocatur: uenatibus incluta uirgo[1]); dedicat enim silvarum cultor. Dedicandi causae vides accommodatum epitheton: Victor, quod Herculi tribuitur in carminibus Mummianis: Bch. 3 et 248. Hercules inuicte, quam quidem dei invocationem legis Bch. 23, respondet mea quidem sententia rei quae petitur verbis: ne quid hic fiat mali. Quod ut mihi concedas conferas velim hoc carmen cum antiquiore epigrammate Graeco Kb. 1138[2]).

ὁ τοῦ Διὸς παῖς καλλίνικος Ἡρακλῆς
ἐνθάδε κατοικεῖ . μηδὲν εἰσίτω κακόν.

Eadem utriusque epigrammatis conformatione eodemque sensu primo iam obtutu epitheton: inuicte pro καλλίνικος positum esse intellegitur. Hoc autem epitheton quod attinet ad sensum respondere videtur epitheto: ἀλεξίκακος, Iovi, Apollini, Herculi, Mercurio saepius attributo[3]). Rei prorsus quae petitur et vovetur accommodatam dei invocationem habes Bch. 19 (saec. II). Conferas quaeso: Siluane . . . huius alti summe custos hortuli . . . da . . . Itala rura te colamus praeside: ego iam dicabo mile magnas arbores.

Fortasse miretur quispiam quod in carminibus dedicatoriis latinis pauca exempla occurrunt. Neque vero neglegendum est carminum dedicatoriorum latinorum numerum ut iam supra dixi multo minorem esse quam Graecorum. Qua de causa mirum non videtur, quod in Romanorum carminibus neque tot exempla neque tanta formarum variatio invenitur.

3. Tertiam denique dei significationem, illam dico qua ubi imprimis deus colatur dicitur, habes his locis:

Apollo. Hoffm. 326 (saec. IVa) Πόθι' Ἄπολλον [ἄν]αξ. A. P. VI 336 (Theocriti) Πόθιε Παιάν. Quam dei invocationem

---

[1]) Eadem deae invocatio in epigrammatis dedicatoriis Graecis non legitur; certe ego nullum exemplum inveni. Sed comparandi causa liceat mihi hos quos enotavi locos afferre: A. P. VI 240 (Philippi) *Ζηνὸς καὶ Λητοῦς θηροσκόπε τοξότι κούρη.* Orph. h. 36. 1 *κλῦθί μευ, ὦ βασίλεια, Διὸς πολυώνυμε κούρη.* Omnes hi loci inter se congruunt similem deae invocationem in versu exeunte praebentes. Accedit quod venatibus (Bch. 256) respondet *θηροσκόπε* (A. P. VI 240).

[2]) Plura de hoc epigrammate dixit Buecheler, Rh. Mus. XII p. 248.

[3]) Cf. Hermann Usener, Götternamen, Bonn 1896, p. 313.

iam antiquis temporibus in poetarum et scaenicorum et lyricorum usu fuisse ostenditur talibus locis, quales sunt:

Pind. Ol. 14, 16. Aesch. Agam. 487. Eurip. Orest. 947. Arist. vesp. 869.

In epigrammate A. P. VI 278 (Rhiani) Apollo invocatur: Δελφίνιε.

Eandem dei invocationem habes: hymn. hom. II 317 (Abel), apud Lycophr. 208.

Ἀπόλλωνι Δηλίωι vides Hoffm. 342 (saec. IIa).

Cf. Soph. Ai. 703. Socrat. fr. 2 (Bergk). Arist. nub. 595. Callim. h. 4, 269 (Delus insula loquens inducitur) *ἀλλ' ἀπ' ἐμεῖο Δήλιος Ἀπόλλων κεκλήσεται.*

Venus. 1. Κύπρι μάκαιρα.

A. P. VI 17 (Luciani). Similes locos habes: Orph. hymn. 55, 26. Orph. h. 55, 27.

Κύπρις autem vocatur Venus permultis locis inde ab *E* 422 et 330.

2. Κυθέρεια.

A. P. VI 18 (Iuliani Aegyptii). Inter similes locos hi numerandi sunt: *ϑ* 288. *σ* 193. Hymn. hom. VI 18, X 1. Hes. th. 198. Soph. fr. inc. 763.

3. τιμήεσσα Κυθηριάς. A. P. VI 190 (Cn. Lentuli Gaetulici).

4. Ζεφυρῖτι. Pr. 113 (Callim. = epigr. V Wil.). Simile exemplum Pr. 114 (Posidippi).

5. Παφίη.

A. P. VI 80 (Agathiae Scholastici). Vetustissima huius generis exempla mihi innotuerunt haec: Sappho fr. 133 (Bergk). Arist. Lys. 556. Theocr. id. 27, 15. Bion id. 1, 64. Plures qui desiderabit locos quibus Venus similem in modum invocatur legat hos: A. P. VI 1, 55, 59, 162, 191, 206, 207, 209, 210, 248, 285. A. Plan. IV 160 (Platonis).

Mercurius. Κυλληνίῳ.

A. P. VI 92 (Philippi Thessalonicensis). Cuius cognominis usus satis antiquus videtur. Cf. *ω* 1. Hymn. hom. in Merc. III 318, 408; in Merc. XVIII 1; in Panem XIX 31.

Musae. Πιερίσιν.

A. P. VI 295 (Phaniae). Eadem Musarum significatio inest his locis: Pind. Pyth. I 27. Pind. Ol. X 116. Soph. fr. 145 (Nauck²). Eurip. Iph. Aul. 1041.

Etiam tertia quam vidimus dei allocutio et antiquissima et frequentissima fuit. Quid igitur mirum quod eadem etiam in Romanorum usum abiit? Hoc habeo exemplum:

Bch. 256 (saec. III) Incola Tifatae[1]) . . . Latona.

---

[1]) De hac regione Dianae sacrata cf. Buecheler ad hoc carmen p. 124.

Sed locorum quibus deus colitur significationem inde ab aevo Alexandrino in epigrammatis etiam ita formatam esse videmus ut sententia relativa ad dei nomen adiiciatur. Haec sunt exempla:

A. P. VI 23 (incerti auctoris) *Ἑρμείη, σήραγγος ἁλίκτυπον ὃς τόδε ναίεις εὐστιβὲς αἰθυίας ἰχθυβόλοισι λέπας.*

A. P. VI 189 (Moerus) *Νύμφαι, . . . αἳ τάδε*[1]) *βένθη ἀμβρόσιαι ῥοδέοις στείβετε ποσσὶν ἀεί.*

A. P. VI 225 (Nicaeneti) *Ἡρῷσσαι, Λιβύων ὄρος ἄκριτον αἴτε νέμεσθε.*

A. P. VI 230 (Quinti) *Ἀκρείᾳ Φοίβῳ, Βιθυνίδος ὃς τόδε χώρης κράσπεδον αἰγιαλοῖς γειτονέον συνέχεις.*

A. P. VI 240 (Philippi) *Ἄρτεμις, ἣ θαλάμους τοὺς ὀρέων ἔλαχες.*

A. P. VI 243 (Diodori) *Ἥ τε Σάμου μεδέουσα καὶ ἣ λάχες Ἴμβρασον, Ἥρη.*

A. P. VI 265 (Nossis) *Ἥρα τιμήεσσα, Λακίνιον ἃ τὸ θυῶδες πολλάκις οὐρανόθεν νεισομένα καθορῇς.*

Quomodo haec dei invocationis forma orta sit, si quaerimus, non errare nobis videmur, cum eam ex precationibus Graecorum antiquis receptam esse censemus. Habes enim:

A 37 *κλῦθί μοι ἀργυρότοξ' ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας.* Ibidem 451. *Γ* 276. *υ* 112. Eurip. Hel. 962. Arist. nub. 264 *Ἄπολλον ὅς που Δῆλον ἢ Πυθῶν' ἔχεις*[2]).

Etiam in hymnis antiquis illa deorum significatio exstat[3]).

Atque haec quidem exempla Graecorum: videamus nunc de Romanorum locis eundem in modum conformatis. Hi autem sunt:

Bch. 249 (II p.) Tu quae Tarpeio coleris uicina Tonanti, . . . Fortuna.

Bch. 250 (II p.) Magne deum, Siluane potens, sanctissime pastor, qui nemus Idaeum Romanaque castra gubernas.

Bch. 1527 (II p.) Moenia qui Risinni Acacia, qui colis arcem Delmatiae, nostri publice Lar populi.

---

[1]) Verbis *αἳ τάδε* respondet similis eorundem verborum coniunctio: *ὃς τάδε* quae eundem versus tertii epigrammatis illius obtinens locum artis qua poeta carmen composuit testimonium est.

[2]) Plura huius generis exempla collegit Ausfeld. l. c. p. 520 sq.

[3]) Cf. Adami, p. 242: „Deinde sententia relatiua *ὃς . . . ἀμφέπεις . . . μέδεις . . ναίων* animaduertenda uidetur. est enim hymnorum sermonis proprium epithetis enumeratis sententiam sequi relatiuam qua sedes quas deus teneat uel ex quibus natus sit parentibus uel alia quaedam referantur.“ Plurima huius generis exempla ex hymnis sumpta contulit idem p. 242.

Denique ut omnes deorum significationes quae in epigrammatis exstant proferam monendum mihi est, in nonnullis epigrammatis loci significationem ita conformatam esse ut dicatur ubi donum dedicetur. Priusquam autem ad exempla afferenda me accingam, brevi dico, ordinem quo epigrammata allaturus sum religionem Graecorum et nascentem et crescentem et adultam nobis ostendere[1]). En plurima exempla quae ita proponere placet ut huic rei illustrandae maxime idonea sint. Atque primum proferantur ea epigrammata in quibus deo ut ita dicam sub divo dedicatur. Velut sub arbore:

A. P. VI 35 (Leonidae) *κατὰ πλατάνου.*
A. P. VI 221 (Leonidae) *παρ' εὐπρέμνῳ τᾷδε . . . δρυΐ.*
A. P. VI 106 (Diodori Zonae) *κατ' ἀγριάδος πλατάνοιο.*
A. P. VI 57 (Pauli Silentiarii) *ὑπὲρ πίτυν.*
A. P. VI 168 (eiusdem auctoris) *παρὰ φηγῷ.*
A. Plan. I 11 (Hermocreontis) *ὑπὸ σκιερὰν πλάτανον.*

Etiam in saxis dona deis dedicata sunt. Conferas quaeso:
A. P. VI 188 (Leonidae Tarentini) πρὸς Ἀρκαδικοῖς σκοπέλοις.
A. P. VI 32 (Agathiae Scholastici) παρὰ πρῶνα.

Ad fontes autem dedicatur:
A. Plan. I 14 (Zenodoti) παρὰ κρήνῃσιν.
Simile exemplum: A. P. VI 299 (Phaniae) παρὰ κροκάλαις.

Ad alterum religionis gradum spectant ea epigrammata in quibus ut Graecam vocem retineam ἐν τεμένει dedicatur.
Hoffm. 238 (saec. VIa) *Ἀπόλλωνος . . . ἐν τεμένει.*
Ibidem 274 [*θῆκε σὸ*]*ν ἐς τέμενος.*
Pr. 146 (c. 400 a. Chr. n.) *ἐν πολυθαήτῳ τεμένει Διός.*
Kb. 768 (saec. IVa) *ἐν καθαρῶι τεμένει.*
Kb. 830 (aetat. Rom.) *κλεινῷ Λοξίου ἐν τεμένει.*
Adde A. P. VI 141 („Anacreontis") *Ἀθηναίης ἐν τεμένει.*

Tertiam autem religionis aetatem intellegis ex iis epigrammatis in quibus ara ipsa vel in ea donum dedicatur.
A. P. VI 240 (Philippi) *ὑπὲρ βωμῶν.*
A. Plan. I 17 (incerti auctoris) *σοὶ δὲ καλῶς βωμοῖσι παριστάμενος πόσις αἰγῶν φοίνιον ἐκ λασίου στήθεος αἷμ' ἐρύγῃ.*

---

[1]) Neque tamen ordo quo in epigrammatis disponendis usus sum aetati epigrammatum ipsorum respondet. Nam exempli gratia poetae aevi Alexandrini et posterioris aetatis memoriam antiquissimi cultus reddunt.

Adultam religionem nobis proponunt ea epigrammata, quae templum dedicationis locum praebent. Haec habeo exempla:

A. P. VI 184 (Zosimi Thasii) *πρὸς νηῷ.*
A. P. VI 210 (Philetae Samii) *εἰς νηὸν.*
Praeterea conferas epigrammata A. P. VI 151. 289. 201. Adde: A. Plan. IV 258 (incerti auctoris) *Δικτύννης . . . καθ' ἱερόν.*

Ultimum denique religionis progressum vides in eis epigrammatis, in quibus templi locus ad donum et dedicandum et deponendum destinatus nobis occurrit. Priorem templi partem, quam Graeco sermone vocamus πρόναος, maxime ad dona deponenda electam esse satis constat. Eundem autem locum in epigrammatis vario modo videmus expressum. Nonnulla enim epigrammata voce: τὰ πρόπυλα illum templi locum significant. Conferas velim:

A. P. VI 114 (Philippi Thessalonicensis) *ἀνὰ πρόπυλον.*
A. P. VI 24 (incerti auctoris) *ἐν νηοῦ . . . προπύλοις.*
A. P. VI 245 (Diodori) *ἁγίοις . . . ἐν προπυλαίοις.*

Non minus accurate dedicandi locus significatur voce πρόθυρον quae exstat in his epigrammatis:

A. P. VI 143 („Anacreontis") *μ' ἐρατοῖς ἀγλαΐην προθύροις Ἑρμῇ . . . καθέσσατο.*
A. P. VI 293 (Leonidae) *στεπτοῖς . . . ἐπὶ προθύροις.*

Sub tecto quod graece exprimitur: ὑπωρόφιος dona posita invenies in his epigrammatis:

A. P. VI 2 („Simonidis") *Τόξα . . . νηῷ Ἀθηναίης κεῖται ὑπωρόφια.*
A. P. VI 124 (Hegesippi) *Ἀσπὶς . . . ἧμαι ναῷ ὑπωροφία.*

Aptissimam denique dedicationis loci significationem habes in eis epigrammatis in quibus: ὑπὸ παστάδα ut Graeco sermone loquar dona posita videmus. Haec sunt exempla:

A. P. VI 119 (Moerus) *χρυσέαν ὑπὸ παστάδα τὰν Ἀφροδίτας.* Ibidem VI 211 (Leonidae Tarentini) *ἐν παστάσιν.* Ibidem VI 178 (Hegesippi) *ποτὶ ξεστὰν παστάδα.* Variationem praebet Anthologiae Palatinae epigramma VI 163 cuius auctorem Meleagrum videmus inscriptum. Legimus enim *περὶ θριγκοῖσιν*[1]).

---

[1]) Quo cum loco cf. Eurip. Iph. Taur. 74: *θριγκοῖς δ' ὑπ' αὐτοῖς σκῦλ' ὁρᾷς ἠρτημένα;*

§ 3.

Proximum est ut doceam, quemadmodum dedicatio ipsa in epigrammatis dedicatoriis concepta sit. Has igitur statuimus formas:

A. Formulae inde ab antiquissimis temporibus usque ad saecula p. Chr. n. usitatae:

1. ὁ δεῖνα ἀνέθηκεν.
2. ὁ δεῖνα μ' ἀνέθεκεν.
3. θεῷ ἀνάκειμαι.
4. ὁ δεῖνα σοί, θεός, ἀνέθηκεν.
5. θεός, δέχου δῶρον.
6. χαῖρε, θεός.
7. dedicationis ipsius verbum omittitur.

B. Formulae recentiores:

1. ἀνέθηκα.
2. ὁ δεῖνα ἀνεκρέμασέν τι.
3. κεῖσαι, δῶρον.

A. Formulae inde ab antiquissimis temporibus usitatae:

1. Antiquissima et simplicissima dedicandi forma est haec: Is qui dedicat vocatur casu nominativo et coniungitur cum idonea verbi τιθέναι vel ἀνατιθέναι forma.

Pr. 66 (quarto saeculo non recentius[1]) Ἡρακλῆς Ἀμφιτρύωνος Ἥλιν ἑλὼν ἀνέθηκεν[2]). Simile exemplum: Hoffm. 341 (saec. III a) Ἥρ[α]ι Θηρὶς ἀνέθηκεν παῖς Ἀμιάντυν. Praeterea cf. Kb. 780 (saec. III—I a) Τήνδε Ποσείδ[ιππος] . . . εἰκόν' ἔθηκεν. Kb. 800 (aetat. Rom.) βωμὸν ἔθηκεν . . . Μαίωρ. Ditt. 763. 769. 779.

Plurimis in epigrammatis verbi formam ἀνέθηκε certis quibusdam versus locis positam videmus. Consideremus igitur primum antiquissimam huius generis formulam ita conformatam, ut altero sententiae loco verbi forma exstet. Haec sunt exempla:

Kb. 738 (saec. VI a) Κου[φαγόρας ἀνέθη]κεν.
Kb. 769 (saec. IV a) . . . θέρσης ἀνέθηκεν.

---

[1]) Cf. Preg. ad hunc titul., p. 53.

[2]) Haec dedicationis verba, in quibus res quae dedicatur omittitur simulacro inscripta sunt. (Preg. ad hunc titul., p. 53.) Donarium ipsum in inscriptionibus in lapide incisis interdum non nominari observavit atque explicare conatus est Reinach, Traité d'épigraphie grecque, Paris 1885, p. 386, dicens: Le nom de l'objet de la dédicace n'est pas exprimé, parce que l'objet même disait assez ce qu'il était.

Accedunt antiquissima exempla:

Hoffm. 219 . . . *κίας ἀνέθηκ[ε . . .*

Hoffm. 224 *Αἰσχίνης ἀνέθηκεν.*

Hoffm. 240 [*Μνῆμ'*] *ἀνέθηκε Τύχανδρος.*

Hoffm. 272 (saec. IV a) *Φα]ιδιμίδης ἀνέθηκεν.*

Pr. 119 (Simonidis) = 159 Bgk. *Τόνδ' ἀνέθηχ' Ἑρμῆν Δημήτριος.*

A. P. VI 7 (cf. Herod. V 60) *νικήσας ἀνέθηκε.*

A. P. VI 8 (cf. Herod. V 61) *μουναρχέων ἀνέθηκε.*

Eandem verbi collocationem habes: Hoffm. 332 (saec. VII—IV) *Ἀμ(μ)ῦς κατέθηκε.*

Metri tantum causa tertio sententiae loco vides illam formam his in exemplis:

Pr. 100 (saec. V a) *Μνᾶμ' ἀρετᾶς ἀνέθηκε Ποσειδάωνι ἄνακτι.*

Hoffm. 256 [*Τή*]*νδε κόρην ἀνέθηκεν ἀπαρχήν.*

Hoffm. 232 *Τόνδε Φίλων ἀνέθηκεν Ἀθηναίαι τριποδίσκον.*

Etiam in inscriptionibus pedestri sermone compositis haec verbi collocatio invenitur.

Cf. IGA: 57 *Καρίλος ἀνέθηκε τῷ Μελεάτᾳ.*
59 *Μεν[οί]τι[ος] ἀνέθηκε τῷ Πυθαι[εῖ].*
61 *Ὀπωρὶς ἀνέθηκε Λιμνάτι.*

Alia huius generis exempla vide apud Larfeld, Handbuch der griech. Epigraphik, Leipzig 1902, p. 852.

Atque adeo poetae epigrammatici hanc verbi collocationem adamarunt, ut in nonnullis epigrammatis hac verbi forma altero sententiae loco posita subiectum ab apposito seiungerent[1]). Haec inveni exempla:

Kb. 744 (saec. V a) *Πραξιτέλης ἀνέθηκε Συρακόσιος.* Kb. 760 (saec. V a) *Διογένη[ς] ἀνέθηκεν Αἰσχύλου ὑός Κεφ[α]λῆο[ς.* Hoffm. 271 (saec. V a) *Λυσικλείδης ἀνέθηκεν Ἐπανδρίδου ὑός.* Pr. 55 (saec. V a) *Φόρμις ἀνέθηκεν Ἀρκὰς Μαινάλιος, νῦν δὲ Συρακόσιος.* Imitatio infimi temporis: A. P. VI 55 (Ioannis Barbocalli) *Ἑρμοφίλας ἀνέθηκεν ὁ βουκόλος.*

Iam si hanc verbi collocationem accuratius consideraverimus, intellegemus hoc in verbi collocandi usu poetas secutos esse illam legem antiquam, qua voces encliticas, ut μιν, νιν, οἱ, με, σε et ipsum verbum semper fere altero enuntiati loco positas videmus[2]). Quomodo autem hic verborum collocationis usus

[1]) Hanc observationem occupasse video Wackernagelium, Über ein Gesetz der indogerman. Wortstellung, Ind. Forsch. I, p. 430. Cf. praeterea de similibus W. Schulze, Zur Gesch. lat. Eigennamen, p. 128, adnot. 4.

[2]) De pronominum personalium usu et collocatione apud Graecos copiose disseruit multis titulorum exemplis collectis Wackernagelius, l. c. p. 342 sq.

ortus sit docent eiusdem Wackernagelii verba: l. c. pag. 434. Eandem verbi collocationem inde ab antiquissimis temporibus etiam in Germanorum usu videmus[1]).

Atque haec quidem hactenus, videamus nunc reliquos versus locos quibus verbi formam ἀνέθηκε poetae epigrammatici ponere solebant.

Ante ultimam hexametri vocem:

Hoffm. 314 (saec. Va) [. . . μ'ἐπόει. *Γλαύκω]ν ἀνέθεικεν Ἀθάναι.* Ibidem 316 [*Τ]οίδε ἀπὸ λα[ία]ς τὰν δεκάτα[ν] ἀνέθηκαν Ἀθ[ά]ναι.* Ibidem 214 *Παλ(λ)άδι Ἀθαναίαι Λύσων ἀνέθηκεν ἀπαρχήν.* Kb. 776 (saec. III vel IIa) *θρεψαμένη τέκνων γε[νεὰ]ν ἀνέθηκε Μέλιννα.* Pr. 116 (saec. Ia) *Τόνδε*[2]) *σοι αὐτοκράτωρ Σύλλας ἀνέθηκ', Ἀφροδίτη.* Pr. 69 (saec. Ip.) *Ἀργὼ τὸ σκάφος εἰμί, θεῷ δ' ἀνέθηκεν Ἰάσων.* Adde haec Anthologiae Palatinae epigrammata: VI 133 („Archilochi") *Ἀλκιβίη πλοκάμων ἱερὴν ἀνέθηκε καλύπτρην.* VI 139 („Anacreontis") *Πραξαγόρας τάδε δῶρα θεοῖς ἀνέθηκε, Λυκαίου υἱός.* VI 140 („Anacreontis") *Παιδὶ φιλοστεφάνῳ Σεμέλας ἀνέθηκε Μέλανθος.*

Ante ultimam pentametri vocem:

Hoffm. 283 (saec. IVa) *Ἱπποκ[ράτους δῶρον] π[αῖ]ς ἀνέθηκε τόδε.* Hoffm. 339 (saec. IVa) *ἡ πόλις εὐξαμένη τούσδ' ἀνέθηκε θεῶι ἡμιθέους σωτῆρας.* A. P. VI 326 (Leonidae Alexandrini) *Νῖκις ὁ Λυσιμάχου παῖς ἀνέθηκε Λίβυς.*

In hexametro exeunte:

Hoffm. 286 (saec. VIIa) *Κώ[θι]ος ὁ Κριτο(β)ού(λ)ου ἀπὸ Ε[ὑμ]νάστας ἀνέθη[κ]εν.* Hoffm. 225 (saec. VIa) *[Μν]ησιάδης κεραμεύς με καὶ Ἀνδοκίδης ἀνέθηκεν.* Hoffm. 303. Pr. 74 (saec. VI vel V). Pr. 58 (saec. Va). Hoffm. 279 (saec. IVa). Pr. 62. Pr. 110. Pr. 137 (saec. IIp). Kb. 827 (aetat. Rom.) Adde: A. P. VI 166 (Luciani). Ditt. 768. 787.

Huc spectat etiam hexametri clausula his verbis formata: ἄγαλμ' ἀνέθηκεν:

Hoffm. 227 *Φαρθένε, ἐν ἀκροπόλει Τελεσῖνος ἄγαλμ' ἀνέθηκεν.* Item Hoffm. 234. Kb. 785 (II vel Ia).

Adde denique epigrammata in quibus hexameter exit in verba: τόνδ' ἀνέθηκεν vel similia:

Pr. 85 (saec. V) *Ἑλλάδος εὐρυχόρου σωτῆρες τόνδ'*[3]) *ἀνέθηκαν.* Pr. 122. (incert. aet.) *Εὐρυδίκη Ἱεραπολιῆτις τόνδ'*[4]) *ἀνέθηκε.* Hoffm. 331 (saec. IVa) . . . *ος [τ]όνδε ἀνέ[θηκεν].* Hoffm. 330 (saec. IIIa)

---

[1]) Cf. Wackernagel, p. 425.

[2]) sc. securim (Preger ad hunc tit., p. 97).

[3]) sc. *τρίποδα* (Preg. ad hunc tit. p. 69).

[4]) sc. *στέφανον* vel simile quid, cf. Preg. ad hunc tit. p. 100.

[ο]ὐδεις πω Λυκίων στήλην το(ι)άνδε ἀνέθηκ(ε)ν. Pr. 61 (ante Varronem) Υἱὸς Διννύτα Δάμαρχος τάνδ' ἀνέθηκεν εἰκόν' . , . Cf. etiam A. P. VI 53. 216. Simile exemplum habes: Pr. 73 (saec. V a) Ἀρξάμενοι πρῶτοι τειχίζειν οἶδ' ἀνέθηκαν.

Originem unde haec dedicationis conformatio duxerit non obscurum tibi videbitur, si nonnullas artificum inscriptiones in antiquissimis signis insculptas inspexeris. Exempli gratia in basi unius illarum statuarum quae vulgo XXIII κόραι vocantur et quae saeculo a. Chr. n. VI ab Antenore artifice Athenis positae sunt legimus haec: Ἀντήνωρ ἔργων ἀπαρχὴν ἀνέθηκε.

Similem dedicationis conformationem apud Romanos adhibitam esse, testimonio sunt haec carmina dedicatoria latina: Bch. 3 (saec. II a) hanc aedem . . . imperator dedicat[1]). Bch. 20 consu[l] . . . aram dicauit. Bch. 260 (saec. III ?) urbe redux . . . dedicat aram. Bch. 261 Felix Caluusque . . . hanc aram statuere deo.

2. Ex ea quae antecedit orta altera dedicandi formula ita formata est, ut nomen personae dedicantis in primo epigrammatis versu ineunte ponatur et verba: μ' ἀνέθηκε sequantur. Haec habeo exempla:

A. P. VI 6 (incerti auctoris) = Pr. 79 (VI fere saec.[2]) Ἀμφιτρύων μ'[3]) ἀνέθηκεν ἑλὼν ἀπὸ Τηλεβοάων. Pr. 125 (saec. V a.) Κλεοσθένης μ' ἀνέθηκεν ὁ Πόντιος ἐξ Ἐπιδάμνου. Kb. 756 (saec. V a.) . . . θάνης μ' ἀνέθηκεν Ἀθηναία[ι πολιούχωι. Kb. 778 Νικίας με ἀνέθηκεν Ἀπόλλωνι, υἱὸς Θρασυμήδεος.

In nonnullis epigrammatis metri causa haec dedicandi formula mihi quidem electa videtur eo consilio ut syllaba brevis produceretur vel hiatus evitaretur.

Hoffm. 253 (saec. VI a) [Κλε]όδωρός μ' ἀνέθηκ' Ἀφροδίτηι δῶρον ἀπαρχήν. Ibidem 251 (saec. V a) Τίμαρχός μ' ἀνέθηκε Διὸς κρατερόφρ[ονι κούρηι]. Ibidem 241 [Ἀνγέ]λιτός μ' ἀνέθη[κε . . . Simile Hoffm. 254 Ἰφιδίκη μ' ἀνέθηκεν Ἀθηναίαι πολιούχωι.

Similem eorundem dedicationis verborum collocationem in pentametro habemus VI 142 („Anacreontis"): Θεσσαλίας μ' ἀνέθηκ' ἀρχός Ἐγεκρατίδας. Illi usitatissimae verborum collocationi contrariam prabet epigramma (A. P. VI 127 (Niciae)),

---

[1]) „Diese einfachste Form (das Verbum im Perfect oder Praesens) ist nie ganz außer Gebrauch gekommen." Emil Hübner, Röm. Epigraphik, in I. v. Mülleri Enchiridio I, 690.

[2]) Cf. Herod. V 59 qui hoc epigramma ipse inspexit.

[3]) De pronominis forma με post primam versus vocem posita cf. Wackernagel, p. 346. Cf. etiam ea quae idem dixit verba l. c. p. 351.

in quo haec verba in hexametri exitu posita videmus: Ἀρτέμιδος περὶ ναόν Ἐπίξενος ἔνθα μ' ἔθηκεν.

Eandem dedicationis conformationem verborum collocatione mutata habes his locis:

Pr. 54 (saec. VIa) *Ζηνὶ μ' ἄγαλμ' ἀνέθηκαν Ὀλυμπίῳ οἱ 'κ Χερονήσου.* Kb. 752 (saec. Va) *Παρ]θένωι Ἐκφάντου με πατὴρ ἀνέθηκε καὶ υἱός.* Ibidem 809 (aetat. Rom.) *Κλεονίκη Ἑρμαγόρου δεκάτη[ν] με ἀνέθηκε Ἀφροδ[ίτη.* A. P. VI 7 (cf. Her. V 60) *Σκαιὸς . . . με . . . νικήσας ἀνέθηκε τεῖν περικαλλὲς ἄγαλμα.*

Denique posterioris aetatis poetae id sibi permiserunt ut medium ponerent, ita Antipater A. P. VI 209: Βιθυνὶς Κυθέρη με τεῆς ἀνεθήκατο, Κύπρι, μορφᾶς εἴδωλον.

In compluribus epigrammatis metri causa formam syncopatam ἀντιθέναι vel ἀντίθεσθαι[1]) adhibitam videmus, quae non nisi apud poetas usitata est. Haec sunt exempla:

Pr. 146 (c. 400 a. Chr. n.) *ἕστηκ' ἀνθέντων δημοσίᾳ Σαμίων.* Loewy 224 (aetat. Rom.) *τοὶ [πρ]όγονοι δ' ἄνθησαν.* Similia sunt:

A. P. VI 213 („Simonidis") *Ἓξ ἐπὶ πεντήκοντα, Σιμωνίδη, ἤραο ταύρους καὶ τρίποδας, πρὶν τόνδ' ἀνθέμεναι πίνακα.* XIII 19 („Simonidis") *ἄνθηκεν τόδ' ἄγαλμα Κορίνθιος ὅσπερ ἐνίκα.* Adde:

A. P. VI 220 (Dioscoridae) *ἱρὴν σοὶ θαλάμην ζωάγρια καὶ λαλάγημα τοῦτο τὸ θηρὶ φυγῆς αἴτιον ἀντίθεμαι.*

In pentametro ineunte eandem fere habes formam in ep. A. P. VI 232 (Crinagorae): ἀντίθεται λιτὴν δαῖτα Φιλοξενίδης. Eiusdem verbi participium exstat in ep. A. P. VI 248 (Argentarii): ὃς σέ, φίλοινε, ἤνεσεν ἀρχαίην σύμπλανον ἀνθέμενος.

Ceteris quae inveni exemplis afferendis id potissimum egi, ut in huius verbi usu regulam strictam observatam esse demonstrarem. Nam certis versus locis illam verbi formam positam videmus.

Interdum enim haec forma in primo vel alio epigrammatis hexametro ineunte exstat.

A. P. VI 87 (incerti auctoris) *Ἄνθετο σοὶ κορύνην καὶ νεβρίδας ἡμέτερος Πάν.* A. Plan. IV 239 (Apollonidae) *Ἄνθετ' Ἀναξαγόρης με, . . .*

Maxime hanc verbi collocationem Paulus Silentiarius adamasse videtur. Conferas epigrammata eius:

A. P. VI 57 *ἄνθετο δέρμα λέοντος ὑπὲρ πίτυν, αἰγιπόδη Πάν.* Ibidem VI 81 *ἄνθετο Λυσίμαχος γέρας Ἄρεϊ, . . .*

---

[1]) Simile quid habet forma *ἄνθεμα* pro *ἀνάθημα* posita, de qua infra disserendum erit.

In plurimis autem exemplis haec verbi forma in quinto hexametri pede occurrit.

Pr. 88 (saec. IV a) *Σοὶ τόδ' Ἀλέξανδρος Μακεδὼν κέρας ἄνθετο, Παιάν.* Loewy 348 (aetat. Rom.) *Τὸν κλυτὸν ἡγεμονῆα Χαρείσιον ἄνθετο Κούρα.* A. P. VI 338 (Theocriti) *Ὑμῖν τοῦτο, Θεαί, κεχαρισμένον ἄνθετο πάσαις.* VI 185 (Zosimi Thasii) *Βριθὺ μὲν ἀγραύλων τόδε δίκτυον ἄνθετο θηρῶν.* VI 102 (Philippi) *σοί, φιλοδῖτα Πρίηπε, φυτοσκάφος ἄνθετο Δάμων.* VI 77 (Eratosthenis Scholastici) *Οἰνοπότας Ξενοφῶν κενεὸν πίθον ἄνθετο, Βάκχε.* VI 69 (Macedonii Consulis) *Νῆα Ποσειδάωνι πολύπλανος ἄνθετο Κράντας.* VI 66 (Pauli Silentiarii) *ἐνθάδε Καλλιμένης φιλομείδεσιν ἄνθετο Μούσαις.*

Aliis in epigrammatis hanc verbi formam in pentametri initio scriptam videmus.

A. P. VI 187 (Alphei Mitylenaei) *ἄνθετ' ἀπ' οἰκείης σύμβολον ἐργασίης.* VI 58 (Isodori Scholastici) *ἄνθετο σοί, Μήνη, σὸς φίλος Ἐνδυμίων.* VI 83 (Macedonii Consulis) *ἄνθετο, γηραλέην χεῖρ' ἐπιμεμφόμενος.* Simile est VI 51 quod inscribitur *Ἀνάθημα Ἀλέξιδος: ἄνθετο, χαλκοτύπου παυσάμενος μανίης.*

Eandem verbi collocationem mutata forma legimus in Anthologiae Palatinae epigrammate VI 78 (Eratosthenis Scholastici) ἄνθεσο Πανὶ φίλῳ, Δάφνι γυναικοφίλα.

In altera pentametri parte ineunte verbum ἄνθετο habes his locis:

A. P. VI 63 (Damocharis) *ὅπλα σοὶ ἐμπορίης ἄνθετο τῆς ἰδίης.* VI 61 (Palladae) . . . *ᾧ πλοκαμῖδας κειραμένη πλεκτάς, ἄνθετο Παμφίλιον.* VI 177 (incerti auctoris) . . . *μελίσδων βουκολικοὺς ὕμνους ἄνθετο Πανὶ τόδε.* A. Plan. IV 66 (incerti auctoris) *Τὸν κρατερὸν Βύζαντα καὶ ἱμερτὴν Φιδάλειαν εἰν ἑνὶ κοσμήσας ἄνθετο Καλλιάδης.*

Quam tenaciter autem poetae hanc verbi collocationem retinuerint, inde optime elucet, quod vel in eiusdem poetae epigrammatis illud verbum hoc loco identidem occurrit. Habes enim:

A. P. VI 56 (Macedonii Consulis) *ἀμπελοεργὸς ἀνὴρ ἄνθετο Ληναγόρας.* VI 175 (eiusdem) *Τὸν κύνα . . . ἔξεσε μὲν Λεύκων, ἄνθετο δ' Ἀλκιμένης.* Praeterea conferas quaeso haec Agathiae Scholastici tria epigrammata: A P. VI 59 *Ἀρτέμιδι ζώνην ἄνθετο Καλλιρόη.* VI 79 *ἀντ' εὐεργεσίης ἄνθετό σοι τεμένη.* VI 80 *ἀλλά μ' ὁ τεκτήνας ἄνθετο σοί, Παφίη.*

Quibus exemplis allatis addere placet, quo tempore illa breviata verbi forma orta sit. Atque primum quidem eam deprendimus in titulo saeculi V a. Chr. n. crepidini tripodis aurei insculpto, quem post Carthaginienses ad Himeram victos

Dinomenis filii Apollini Delphico dedicaverunt[1]), Pr. 83 = A. P. VI 214 („Simonidis"): Φημὶ Γέλων', Ἱέρωνα, Πολύζηλον, Θρασύβουλον, παῖδας Δεινομένευς, τὸν τρίποδ' ἀνθέμεναι. Post illum titulum vides hanc verbi formam in epigrammate saeculi IV a. Chr. n. quod iam supra attuli (Pr. 88). Saeculo III a. Chr. n. saepius haec forma occurrit. Cf. Lycophr. Alex. 1259: ἧς καὶ πόλει δείκηλον ἀνθήσει μιᾷ χαλκῷ τυπώσας καὶ τέκνων γλαγοτρόφων. Eodem versus loco apud Apoll. Rhod. Arg. I 1237: Λαιὸν μὲν καθύπερθεν ἐπ' αὐχένος ἄνθετο πῆχυν.

Participium illius verbi in hexametro ineunte vides apud Apoll. Rhod. Arg. II 1060, ibidem 189. 1386. 1770. In altero hexametri pede Arg. IV 1376.

Nunc, quoniam exempla illius formulae exhausta sunt, pergamus, si placet, ad ea epigrammata, in quibus similem dedicationis conformationem habemus.

Pr. 86 (saec. V a) *Δελφοί με στᾶσαν.* A. Plan. I 11 (Hermocreontis) *ἔνθα με Νικαγόρας . . . εἵσατο.* A. Plan. IV 258 (incerti auctoris) *με . . . ὁ Κρὴς . . . ἔστησεν.* Kb. 813 (aetat. Rom.) *Ἑρμῆν . . . θῆκέ με τῇδε ἐσθλὸς ἀνήρ.* A. P. VI 107 (Philippi) *Ἡλησκόπῳ με Πανὶ θηρευτὴς Γέλων ἔθηκε*[2]) *λόγχην.*

3. Tritissima autem, ut propositum ipsum persequar, dedicandi forma concepta est his doni dedicati verbis: θεῷ ἀνάκειμαι ἀνάθημα vel similibus, quam formulam ex ea quae antecedit forma ortam esse non est quod pluribus verbis explicemus. Haec sunt exempla:

Pr. 60 (saec. IV a) *Μνάματ' Ἀπολλωνίας ἀνακείμεθα.* Simile exemplum habes: Pr. 146 (c. 400 a. Chr. n.) *Ἐν . . . τεμένει Διὸς . . . ἕστηκα.*

Cetera quae huius generis inveni exempla inter se simillima sunt arte quadam conformationis temporibus posterioribus stricte observata. Nam, si donum in versus initio positum est, verbum in versus exitu nobis occurrit et vice versa. Videas igitur:

A. P. VI 124 (Hegesippi)
Ἀσπὶς . . . ἧμαι
ναῷ ὑπωροφία Παλλάδος.
VI 264 (Mnasalcae)
Ἀσπὶς . . . ἅδε
δῶρον Ἀπόλλωνι . . . δέδομαι.

---

[1]) Cf. Pr. ad tit. dedicat. 83.

[2]) De his dedicandi verbis adhibitis cf. Reinach, p. 381.

VI 9 (Mnasalcae)
Σοὶ . . .
δῶρα . . . Φοῖβε, τάδε κρέμαται.
VI 159 (Antipatri Sidonii)
Ἁ . . . σάλπιγξ
ἄγκειμαι . . . Τριτωνίδι κούρᾳ.
A. Plan. IV 184 (Antipatri)
. . . Διόνυσος
ἵδρυμαι.

Similem dedicandi formam verbis: θεοῦ εἰμι conceptam praebet ep. Kb. 833 (aetat. Rom.) quo loco verbum ipsum omittitur: Ἴσιδος . . . καὶ Ἄμμωνος . . . βωμὸς ἐγώ.

Nec deest epigramma in quo duo huius generis structurae in dedicationis formam intextae sunt.

Hoffm. 246 [*Παλλ*]*άδος εἰμὶ θεᾶς· ἀνέθηκε δὲ μ' Εὐδίκου ἱυός.* Simile habes exemplum: I G. A. 543 *τᾶς Ἥρας ἱαρός εἰμι τᾶς ἐν πεδίῳ Φυνίσκος μ' ἀνέθηκε ὥρταμος Ϝέργων δεκάταν.* Similem in modum haec epigrammata conformata sunt: Kb. 814 (aetat. Rom.). Pr. 69 (saec. Ip.). A. Plan. IV 261 (Leonidae). Omnia autem haec epigrammata superat ep. Pr. 90 = A. P. VI 49 (a. saec. IIIa Chr. n.) tres earum quas protuli dedicationis formarum nobis ostendens *Χάλκεός εἰμι*[1]) *τρίπους. Πυθοῖ δ' ἀνάκειμαι ἄγαλμα, καὶ μ' . . . θῆκεν . . . Ἀχιλλεύς.*

4. Alia dedicationis forma est haec: Deus, cui aliquod donum dedicatur, pronominis forma σοὶ appellatur. In hac dedicationis forma consideranda et loci quibus illud σοὶ positum et formulae in quas pronominis formam receptam videmus digna sunt in quae accuratius inquiratur. Permulta autem epigrammata exstant ita formata, ut illud σοὶ altero versus loco positum videamus, qua quidem formae collocatione, etsi non exstant nisi recentiora exempla, antiquissima lex observata videtur, qua pronominum formae μοι, σοι altero enuntiati loco ponebantur[2]). Quibus praemissis consideremus exempla ipsa:

Pr. 116 (saec. Ia) *Τόνδε σοι αὐτοκράτωρ Σύλλας ἀνέθηκ', Ἀφροδίτη.* Kb. 839 (aetat. Rom.) *Δοιούς σοι Διόδωρος ἐθήκατο, Σῶτερ, Ὀνείρους.* A. P. VI 36 (Philippi Thessalonicensis) *Δράγματά σοι . . . , Δηοῖ, Σωσικλέης θῆκεν.* VI 38 (Philippi) *Δίκτυά σοι . . . , Πόσειδον, Ἀμύντιχος . . . θήκατ'.* VI 58 (Isidori Scholastici) *ἄνθετο σοί, Μήνη.* VI 70 (Macedonii Consulis) *Νῆα σοί . . . ἀντίθεμαι.* Plura qui desiderabit

---

[1]) De verbi forma *εἰμὶ* quam in compluribus quae attuli epigrammatis post primam vocem vides positam cf. Wackernagel, l. c. p. 432.

[2]) Cf. Wackernagel, l. c. p. 362 sq.

exempla conferat haec: A. P. VI 105. 106. 162. 172. 186 199. 287. 129. 271. 272. 268. 306.

Verum antiquiore illa positionis lege migrata saepe poetae epigrammatici operam dederunt ut deum cui dedicatur in egregio versus loco ponerent. Exstat enim magna epigrammatum copia, in quibus illud σοὶ ad deum pertinens primum obtinet versus locum.

Kb. 803 (aetat. Rom.) *Σοί, . . . Ἀσκληπιέ, . . . ἀνέθηκεν.* Ibidem 828 (saec. IIp) *Σοί . . . ἀν[έθ]ηκε, κόρη Διός.* A. P. VI 9 (Mnasalcae) *Σοὶ . . . δῶρα . . . Φοῖβε, τάδε κρέμαται.*

Alia eiusdem generis exempla sunt haec: A. P. VI 102. 109. 116. 193. 282. A. Plan. IV 164 (Luciani).

Epigrammata si quis attentiore oculo perlustraverit videbit eam etiam fuisse usitatissimam formulam, in qua illud σοὶ in primo primi versus loco positum pronominis demonstrativi formam quandam post se positam habet. Cuius generis exempla sunt haec:

Pr. 88 (saec. IV a ?[1])) *Σοὶ τόδ' Ἀλέξανδρος Μακεδὼν κέρας ἄνθετο, Παιάν.* A. P. VI 16 (Archiae) *Σοὶ τόδε, Πάν . . . δῶρα . . . θέντο.* Kb. 802 (saec. IIp.) *Σ]οὶ τόδε . . . δαῖμον . . . δῶρον Ὑγεῖνος ἔτε[υξε]ν.* Kb. 820 (saec. IIp) *Σο[ὶ τ]όδε . . . ἔτευξε, Φιλόργιε, βῆμα θεήτρου.* Talia exempla sunt praeterea A. P. VI 57 et VI 183.

Formula saepius in epigrammatis lapidi inscriptis rediens est haec verborum coniunctio: σοὶ τόδ' ἄγαλμα. Quam semper in hexametro ineunte adhibitam vides ita ut ab his verbis initium capiat vel ut in primo pede alia vox ad dactylum apta praemittatur.

Kb. 750 (saec. V a. Chr. n.) Ἄρτεμι, σοὶ τόδ' ἄγαλμα . . .
ibidem 818 (aetat. Rom,) Σο[ὶ τ]ό[δ]' ἄγα[λ]μα . . .
ibidem 842 (aetat. Rom.) Σοὶ τόδ' ἄγαλμα.
ibidem 831 (saec. II p.) ἠνίδε, τοὶ τόδ' ἄγαλμα . . . θῆκα.

Eandem eorundem verborum dialecto tantum mutata coniunctionem habes: A. P. VI 347 = Callimachi XXXIII Wilam.: Ἄρτεμι, τὶν τόδ' ἄγαλμα . . .

Contrariam formam videmus in illis epigrammatis adhibitam in quibus forma σοὶ cum pronomine demonstrativo coniuncta in versu exeunte occurrit ante ultimam versus vocem, qua quidem verborum collocatione posterioris aetatis epigrammaticorum ars utitur. Haec sunt exempla:

---

[1]) Cf. Pausan. VIII 18, 6.

A. P. VI 207 (Archiae) *ἅλικες ἀγλαὰ δῶρα, γαμοστόλε, σοὶ τάδε, Κύπρι, ὤπασαν.* VI 152 (Agis) *καὶ στάλικας καὶ πτηνὰ λαγωβόλα σοὶ τάδε Μείδων Φοῖβε . . . ἐκρέμασεν.* VI 28 (Juliani Aegyptii) *ἄγκυραν, γριπεύς, Ἐριούνιε, σοὶ τάδε Βαίτων . . . φέρει.*

Postremo denique ut huius commentationis meae partis finem faciam commemorare velim, uno in epigrammate dedicatorio, quot quidem inspexi, pronominis formam σοὶ in epigrammatis exeuntis ultimo loco positam esse. Kb. 778 (saec. III—I) Νικίας με ἀνέθηκεν Ἀπόλλωνι, υἱὸς Θρασυμήδεος, ἔργων ὧν ὁ πατὴρ ἠργά(σ)σατο τὴν δεκάτην σοι.

Nec desunt carmina dedicatoria latina, in quae illa dedicationis forma videtur transiisse. Tu igitur videas haec:

Bch. 248 (a. 146 a. Chr. n.) . . . Victor, tibei Lucius Mumius donum . . . promiserat.

Bch. 249 (saec. II p.) accipe quae pietas ponit tibi dona merenti.

Eodem versus hexametri loco invenis eandem pronominis formam: Bch. 262 Susceptum merito uotum tibi, Mercuri, solui. Item Bch. 300 (saec. IV p.): hanc Constantinus uictor tibi condidit aulam.

Etiam altero versus loco exstat forma tibi: Bch. 250 (saec. II p.): quod tibi[1]) pro meritis simulacrum aramque dicavi.

Dixi de exemplis: sed si de origine quoque huius dedicandi formae quaerimus, ad antiquas Graecorum precationes nos convertamus, in quibus illud σοὶ eundem in modum adhibitum videtur.

Cf. *K* 291 *παρίσταο καί με φύλασσε; σοὶ δ' αὖ ἐγὼ ῥέξω βοῦν.* Hymn. hom. in Ven. IV 100 (Abel) *σοὶ δ' ἐγὼ . . . βωμὸν ποιήσω.* Eurip. Iph. Aul. 1570 *ὦ παῖ Ζηνός, . . . δέξαι τὸ θῦμα τόδ', ὃ γέ σοι δωρούμεθα.*

Igitur ut formam σοὶ saepius primo versus loco ponerent, poetae epigrammatici mea quidem sententia commoti videntur exemplis vetustis, quae quidem eandem pronominis formam σοὶ ad deum pertinentem primo versus vel enuntiati loco in precationibus votisque praebent.

Eandem dei invocationem primo versus loco habes iam in epigrammate saec. VI a. Chr. n. (Kb. 740): Παῖ Διὸς . . .

σοὶ γὰρ ἐπευχόμενος τοῦτ' ἐτέλεσσε γρόφων.

---

[1]) De hoc pronominum personalium usu et collocatione apud Romanos disseruit exemplis collectis Wackernagelius, l. c., p. 406 sq.

Cf. epigramma (saec. IV a. Chr. n.) Kb. 772:

. . . Ἑρμῆι στῆσάμμε ἀγοραίωι,
σοὶ μέν, ἄναξ, δῶρον, . . . τιθέντες.

5. Nec minus quam ea quae antecedit forma haec dedicationis conformatio frequentata est: Is qui dedicat deum ut donum accipiat rogat.

Ac primum quidem de huius formulae origine pauca praefari liceat. Eam ex antiquis Graecorum precationibus ab epigrammatum scriptoribus receptam esse non negabit qui plurima inspexerit huius generis exempla, quae apud scriptores Graecos et poeticos et prosaicos leguntur[1]). Quomodo hic precandi usus ortus sit Ausfeldius l. c. his disseruit verbis: „Cum vero id praesertim periculum sit, ut deus dona sacrificiis oblata accipiat, persaepe formula illa usurpatur δέξαι."

Quam sententiam quis est quin assensu suo plane comprobet? Nam nullo alio modo homo verecundiam deis debitam exprimere deorumque favorem sibi vindicare potest melius quam ut in superiores atque potentiores modestissimum se praebeat.

Nunc ad enumeranda ipsa exempla transeo. Saepissime autem epigrammatici ut hanc precationem conformarent verbo δέχεσθαι usi sunt. Formam enim δέξο habes in his epigrammatis:

Kb. 743 (saec. VI a.) *Δέξο . . . Κρονίδα . . . ἄγαλμα.* Loewy 278 (saec. II—I a.) Kb. 811 (saec. II p.). Kb. 815 (II saec. fere p.). A. P. VI 23. 42. 300.

Eandem dedicationis formam vides etiam verbi forma: δέξαι expressam.

Kb. 740 (saec. VI a.) *Παῖ Διός, δέξαι τόδ' . . . ἄγαλμα.* A. P. VI 265 (Nossis) *Ἥρα . . . δέξαι βύσσινον εἷμα.* Ibidem VI 106. 225. 251. 325. 347.

Ex his exemplis apparet hanc verbi formam in epigrammatis pertritam fuisse.

Verbi formam δέχνυσο praebent Anthologiae Palatinae epigrammata VI 12 (Iuliani Aegyptii): Γνωτῶν τρισσατίων ἐκ τρισσατίης λίνα θήρης δέχνυσο, Πάν. VI 40 (Macedonii Consulis) et VI 77 (Eratosthenis Scholastici). Id verbum δέχνυμαι temporibus posterioribus ortum esse intelleges ex G. Meyeri, grammatica graeca, Leipzig 1896, § 493.

---

[1]) Cf. Ausfeld l. c. p. 530.

Etiam formae δέχευ et δέχου minime neglectae sunt. Videas A. P. VI 18. 191. 246. 250.

Pluralis denique formam δέχοισθε vel δέχεσθε legi in his epigrammatis:

A. P. VI 158 et 253. Cf. Xenoph. inst. Cyr. VIII 7, 3 *Ζεῦ πατρῷε καὶ Ἥλιε καὶ πάντες θεοί, δέχεσθε τάδε.* Adde: I. G. A. 571 (incerti loci titulus) *Ἡρακλείδα λαβέ.* Imitationem huius formae habes A. P. VI 190 (Cn. Lentuli Gaetulici) *Λάζεο . . . Κυθηριάς, . . . δῶρα.*

Hanc dedicationis formam in suum usum verterunt Romani quod demonstratur exemplo: Bch. 249 (saec. II p.) Fortuna . . . accipe . . . dona.

In illam dedicationis formulam Graeci, ut addam, quod supra omisi, antiquissimis iam temporibus saepe adiectiva ut ἵλαος, εὔφρων, et similia inserunt, quibus appositis deo ut donum accipiat facilius persuadeatur. Haec sunt exempla:

Kb. 743 (saec. VI a.) *Δέξο Ϝάναξ . . . ἄγαλμα ἱλήϝωι (θυ)μῶι.* Pr. 143 (saec. IV a.) *δέξαι ἄγαλμ' εὔφρων, Φοῖβ'.* A. P. VI 334 (Leonidae Tarentini) *ἵλαοι . . . δέξασθ' . . . δῶρα.* Ibidem 253 (Crinagorae) et 77 (Eratosthenis Scholastici).

Adde epigramma (A. P. VI 335 Antipatri) in quo donarium ipsum inducitur loquens verbis quae sunt: *ἀλλὰ φίλος δέξαι με.*

Exstant denique loci quidam, quibus secuti Graecorum exemplar Romani similem in modum concipiunt dedicationis formulam. Vide: Bch. 868 (saec. II p.) Te precor, Alcide, . . . sume libens simulacra. Bch. 1841: Accipe, P[h]oebe, pre[cor], . . . munera. Huc spectat etiam Dess. 4881: vise, precor[1]).

Aliud etiam commemoratu dignum videtur. In iis Anthologiae Palatinae epigrammatis, quae aevo Alexandrino vel postea orta sunt, saepissime ad illam dedicationis formam transitur vocula *ἀλλὰ*. Unde haec poetarum consuetudo duxerit originem, in precationibus ipsis, quae epigrammatis dedicatoriis insertae sunt, accuratius tractandis exponam. Hoc loco satis habeo rettulisse ea quae inveni exempla[2]).

---

[1]) Cf. quae de hac voce disseruit Konr. Ziegler l. c. p. 45 sq. qui in precationibus latinis semper fere „precor" usurpari exemplis collectis ostendit.

[2]) Eundem in modum dedicatio ipsa quamquam precationis formam non habet initium capit A. P. VI 80 (Agathiae Scholastici) *ἀλλά μ' ὁ τεκτήνας ἄνθετο.* Pr. 113 (Callimachi) = V Wilam. *ἀλλὰ σὺ νῦν με, Κύπρι, . . . ἄνθεμα . . . ἔχεις.* Similem dedicationis formam vocula *ἀλλὰ* tantum omissa vides A. P. VI 233 (Maeciae) *δῶρα, Πόσειδον, ἔχεις.*

A. P. VI 246 (Philodemi) *ἀλλὰ σύ, Κυανοχαῖτα, δέχευ τάδε.* VI 282 (Theodori) *Ἑρμᾶ . . . ἀλλὰ σὺ δέξαι δῶρα.* VI 18 (Iuliani Aegyptii) *ἀλλὰ σύ . . . Κυθέρεια, δέχου.* Plura habes: A. P. VI 55. 76. 106. 158. 242. 250. 325. 335. 347.

Illum dativum qui exstat Kb. 740 (saec. VI a) Ἐκφάντωι δέξαι τόδ' ἄγαλμα paucis epigrammatum dedicatoriorum locis ego quidem adhibitum inveni. Haec sunt exempla:

Hoffm. 289 (saec. VI a.) *ἄγαλ]μα . . . [δέξαι ἄνασσα τ]ῶι Χίωι.* Pr. 143 (saec. IV a.) *Ὑβλαίῳ κήρυκι τόδ' Ἀρχίᾳ, Εὐκλέος υἱῷ, δέξαι ἄγαλμ' εὔφρων, Φοῖβε.* A. P. VI 18 (Iuliani Aegyptii) *ἀλλὰ σύ μοι, Κυθέρεια, δέχου.* Quo cum epigrammate conferas hos quos inveni locos: Eurip. fr. 912)Nauck[2]) *σὺ δέ μοι δέξαι.* Herod. VI 86, 1 *σὺ δή μοι καὶ τὰ χρήματα δέξαι.* Si huius dativi vestigia amplius perserqueris, ille antiquissimis iam temporibus tibi occurrit in formula quadam poetica: *δέχεσθαί τί τινι.* Cf. *B* 186 *δέξατό οἱ σκῆπτρον.* Pind. Pyth. VIII 5 *Πυθόνικον τιμὰν Ἀριστομένει δέκευ.* Eurip. Hec. 535 *δέξαι χοάς μοι*[1]).

6. Sexta deinde concipiendae dedicationis forma, quamquam rara tamen non prorsus neglecta, est haec: In dedicationis conformationem verba ad deum pertinentia: χαῖρε vel χαίρετε recepta sunt.

Antiquissimum huius generis exemplum inveni Hoffm. 305 *Χαῖρε Ϝάναξ Η(η)ράκλες* (?), *ὅ τοι κεραμεὺς μ' ἀνέθηκε.* Praeterea conferas: A. P. VI 189 (Moerus) *Νύμφαι . . . χαίρετε . . . εἴσαθ' . . . ὕμμι . . . ξόανα.* VI 47 (Antipatri Sidonii) *χαῖρε θεά, καὶ . . . ἔχε*[2]). Kb. 799 (aetat. Rom.) *Χαῖρ[ε . . .] Ἄπολ[λον . . .] ἀνέθηκα τόδε.*

Ego cum complector animo, cur haec dei invocatio in dedicationis formam inserta sit, hanc reperio causam, quod deum dono delectari antiqua Graecorum sententia erat[3]). Quemadmodum autem formula ipsa orta sit, si quaerimus, epigrammatum auctores eam ex hymnis antiquis recepisse ego

---

[1]) Haec et plura exempla collegerunt Kühner-Gerth, Ausführliche Grammatik der griech. Sprache, I, § 423.

[2]) Eandem dedicationis formam habes: hymn. hom. in Merc. III 567 *ταῦτ' ἔχε, Μαιάδος υἱέ.*

[3]) Quantum in epigrammatis dedicatoriis concipiendis haec sententia valuerit his ostenditur exemplis: Hoffm. 336 *Πολιά[ς] . . . τέρπεο δερκομ[ένη.* Ibidem 241 [*Ἀνγέ*]*λιτός . . . ἀνέθη[κε . . . Ἀθηναία, χεχ[αρίσθω σοι τόδε δῶρον*]. A. P. VI 212 (Simonidis) *Εὔχεό τοι δώροισι, Κύτων, θεὸν ὧδε χαρῆναι.* VI 158 (Sabini Grammatici) *δαίμονες ἀλλὰ δέχοισθε κεχαρμένοι.*

quidem contendo, in quibus haec ipsa dei invocatio ita adhibita videtur, ut precationi ipsi antecedat[1]). Quam precandi formulam esse legitimam ex his intellegitur exemplis:

Hymn. hom. in Min. XI 5 *Χαῖρε, θεά, δὸς δ' ἄμμι τύχην εὐδαιμονίην τε.* In Herc. XV 9 *Χαῖρε, ἄναξ, Διὸς υἱέ, δίδου δ' ἀρετήν τε καὶ ὄλβον.* In Apoll. XXI 5 *καὶ σὺ μὲν οὕτω χαῖρε, ἄναξ, λίτομαι δέ σ' ἀοιδῇ.* Item in Nept. XXII 5. In Dionys. XXVI 11.

Hunc exemplorum numerum facile possis augere, satis multos tamen mihi videor locos attulisse. Unum tantum addere liceat, quo optime intellegas, quantopere poetae Alexandrini veterum poetarum vestigia presserint: Callim. hymn. in Iov. 94 sq.:

χαῖρε πάτερ, χαῖρ' αὖθι. δίδου δ' ἀρετήν τ' ἄφενός τε.
. . . δίδου δ' ἀρετήν τε καὶ ὄλβον.

Quo cum loco conferas: hymn. hom. in Herc. XV 9: Χαῖρε, ἄναξ, Διὸς υἱέ. δίδου δ' ἀρετήν τε καὶ ὄλβον. In Vulcan. XX 8: Ἀλλ' ἴληθ', Ἥφαιστε. δίδου δ' ἀρετήν τε καὶ ὄλβον.

Quamquam inde a quinto fere saeculo a. Chr. n. in precibus ipsis optativus crebrior fit[2]), tamen in epigrammatis dedicatoriis ille imperativus retinetur. Nec mirum. Nam precibus homines cum religiosius et humiliore animo precari soleant dis imperare non audent, sed optant suppliciterque eos implorant[3]). Sed homo deo aliquid dedicans ei gratum se putat adeo, ut humilior ille hominis precantis animus extollatur iure quodam invocandi, quod dono acquisivit.

7. Alia dedicationis conformatio est haec, ut verbum dedicationis ipsius omittatur. Plurimae sunt inscriptiones huius generis pedestri sermone compositae, e quibus has quidem primum numeris additis significare liceat: Ditt. 758.

---

[1]) Unum inveni epigramma quod hanc in lingua sacra usitatissimam precandi formulam praebet: Pr. 98 (in Olympo monte prope Apollinis templum) (incert. aetat.) *σὺ δ', ἄναξ, χαῖρε καὶ ἐσθλὰ δίδου.*

[2]) R. Wünsch, Ein Dankopfer an Asklepios, Arch. f. Rel. Wiss. VII 97: „Nur verwendet Herondas nicht den Imperativ *χαῖρε*, sondern den Optativ *χαίροις*: so weit hat sich der Gott über den Menschen hinausgehoben, daß ihm gegenüber nicht mehr der Befehl, sondern nur der Wunsch gestattet ist.“ Quod Wünschii dictum etiam Zieglerus p. 11 adhibuit.

[3]) Ziegler p. 11.

759. 760. 762. 765. 771. 773. 774. 777. 778. 780. 781. 782. 783. 788.

In adhibenda vero hac dedicationis forma epigrammata lapidi inscripta praeivisse libris scriptis satis liquet ex his saeculi V a. Chr. n. epigrammatis: Kb. 745:

Ἱάρων ὁ Δεινομένεος
καὶ τοὶ Συρακόσιοι
τῶι Δὶ Τυρ[ρ]άν' ἀπὸ Κύμας[1]).

Hoffm. 306 Τ' ἀθάναι Φιλλὼ Καρμυλίδα δεκάταν[2]).

Quamquam antiquissimis iam temporibus haec forma usitata videtur, tamen quae sit huius rei ratio ego quidem nescio. Nam ea quae dixit Letronne[3]): dedicandi verbum omitti posse cum sensus inscriptionum in lapide incisarum clarus atque manifestus sit, mihi quidem non persuaserunt. Hanc antiquam dedicandi consuetudinem poetae epigrammatici posterioris aetatis secuti videntur etiam in iis epigrammatis concipiendis quae nisi fallor numquam in lapide incisa sunt. Haec sunt exempla:

A. P. VI 296 (Leonidae) *πλωτῶν εὐπλεκὲς ἀμφιβόλον Ἑρμείῃ Σώσιππος.* VI 26 (Juliani Aegyptii) *Ταῖς Νύμφαις Κινύρης τόδε δίκτυον.* VI 64 (Pauli Silentiarii) *μόλιβον . . . Ἑρμείῃ Φιλόδημος.* Cf. etiam haec poetarum se imitantium epigrammata A. P. VI 206 (Antipatri Sidonii) et VI 207 (Archiae).

Ut autem cognoscas talem dedicationis formam etiam in Romanorum usu fuisse, haec iam tibi propono exempla:

Dess. 3296 ara XI Vo[l]cano[4]).

Bch. 22 (saec. III) . . . Hercules, donum hoc tibi urbanus praetor Veldumnianus Iunius.

---

[1]) Quorum versuum metrum recte explicare videntur, qui primos duos versus constare volunt ex anapaestis quibus iambi inserti sunt, tertium autem versum paroemiacum esse putant. Cf. Hermann Usener, Altgriech. Versbau. Bonn 1887, p. 87.

[2]) Haec epigrammata eundem in modum conformata sunt atque illa pars epistolae Graecae quam nos germanice vocamus: Adresse. Cf. G. A. Gerhard, Untersuchungen zur Geschichte des griechischen Briefes. Diss. Tübingen 1903, p. 37.

[3]) Revue Archéologique, Paris 1850, p. 210.

[4]) „Der bloße Dativ der Gottheit findet sich später nicht selten angewendet“ Hübner l. c. p. 690.

Sunt plura huius generis exempla eaque maxime inscriptionum pedestri sermone compositarum velut Dess. 3028. 3030. 3060. 3229. 3300. 3393. 3466. 3467. 3594. 3724.

B. Haec habui, quae de septem illis formis dedicationum disputarem. Nunc de formulis recentioribus, ut erat propositum, dicendum est.

1. Atque primum quidem consideremus dedicationis formam ita expressam ut is qui dedicat nomine appelletur atque prima verbi persona loquens inducatur. Exempla sunt:

Kb. 793 (saec. II p.) . . . *Σάγαρις . . . δῶρον ἐγὼ τὸν βωμὸν ἔθ[ηκα.* Kb. 801 (aetat. Rom.) . . . *Ἀπόλλωνα ἱ]δρυσάμην Σή[μων].* Kb. 838 (aetat. Rom.) *Θεῷ μεγίστῳ . . . Οὐάλης . . . ἔστησα βωμόν . .* Item Kb. 840 (aetat Rom.). Pr. 94. A. P. VI 70 (Macedonii Consulis). Plura si videre vis huius generis exempla inspicias quaeso haec: Kb. 799 (aetat. Rom.) 835 (aetat. Rom.). A. P. VI 74. 164. 197. 287. 288. 105. Pr. 116 (Ia). Ditt. 753 (saec. III p.).

Cf. has aetatis Romanae inscriptiones a Larfeldio allatas p. 854 C. I. A. III[1] 120 (saec. II p.) *Γ. Αἴλ. Αὐρήλ. Ἀπολλώνιος . . . ἀνέστησα τὸν ἀνδριάντα.* C. I. A. III[1] 173 (saec. IV p.) *Μουσώνιος τὸν βωμὸν ἀν[έ]θηκα.* Item III[1] 140 et 171i. Adde inscriptiones in Bithynia repertas: Mitt. d. Kais. Deutsch. Archaeol. Instit. Athen. Abt. XIX 1894, p. 372 *Διὶ ἐπιδημίῳ Κλαύδιο[ς] Σεῆρος*
Ὀφελίων οἰκονόμος καὶ Ἡλιὰς ὑπὲρ
τέκνων καὶ τῶν βοῶν εὐχῆς χάριν[1])
ἀνεστήσαμεν.

Ibidem XXIV 1899, p. 443 *ἀγαθῇ τύχῃ Διὶ βροντῶτι καὶ Παπνίῳ καὶ Μάκω Κόμμοδος καὶ Μαρκιανὸς κατὰ κέλευσιν τοῦ θεοῦ ἀνεστήσαμεν βωμόν.*

Ibidem XXIV 1899, p. 444 — *ος κατὰ κέ[λ ευσιν τοῦ θεοῦ περί σωτηρίας ἡαυτοῦ* (!) *καὶ τῶν ἰδίων ἀνέστησα βωμόν.*

Pauca sunt epigrammata in quibus nomen personae dedicantis omittitur.

A P. VI 31 (incerti auctoris) *Πανὶ . . . ἔθηκα γέρας.* VI 186 (Iulii Dioclis) *Δίκτυα σοὶ τάδε, Πάν, ἀνεθήκαμεν οἶκος ἀδελφῶν.* A. Plan. IV 164 (Luciani).

Haec dedicationis formula in epigrammatis lapidi inscriptis minus adhibita videtur quam in Anthologiae epigrammatis. Cuius facti quae causa sit facile potest intellegi. Dedicationis forma, in qua homo dedicans ipse loquens inducitur, saepissime in illis epigrammatis invenitur, in quibus is qui re vera de-

---

[1]) De hac forma posteriore aetate adhibita cf. Larfeld l. c. p. 858.

dicat sive se dedicantem fingit unus idemque est qui etiam epigrammatis formam expressit. Quod quidem saepissime fit in Anthologiae epigrammatis. Epigrammata Graeca autem in lapidibus incisa plerumque non ab homine dedicante ipso, sed ab alio quodam poeta conformata sunt.

Nunc qui usus huius dedicandi formae apud Romanos fuerit quaeramus. Quorum haec habemus exempla:

Bch. 21 Annaeus Placidus Herculi donum dedi. 229 . . . Chi]onianus dedic[o. 251 (saec. III) faciem certaminis ipsam . . . locaui . . . Catius. 252 (saec. III) Hanc aram Nymphis extruxi nomine Laetus. 869 (saec. III p.) Alcide, hoc tibi . . . dedico Perpetuus. 874 (saec. II) Ha]nc [t]ibi . . . posui, bone Iupp[i]ter, aram . . . nomine Gallonius.

Adde plurimas huius generis inscriptiones pedestri sermone conceptas velut: Dess. 3183. 3228. 3246. 3257. 3407. 3568. 3684. 4057. 4413.

Sequantur nonnulla exempla in quibus dedicantis nomen non in dedicationis formulam insertum, sed alium in modum expressum videmus.

Nomen pedestri sermone sequitur: Bch. 19 (saec. II p.) Siluane . . . tibi hasce grates dedicamus musicas. 250 (saec. II p.) Siluane . . . tibi . . . simulacrum aramq. dicaui.

Nomen dedicantis praemittitur: Bch. 258 (saec. III p.) . . . tibi . . . posui de marmore signum. Ibidem 1519 (saec. II) uotum deo dicaui.

2. Transeo nunc ad dedicationis formulam verbis: ὁ δεῖνα ἐκρέμασέν τι vel ἀνεκρέμασέν τι conformatam quae in inscriptionibus lapidi incisis, ut est consentaneum, omnino non invenitur.

Quod dedicandi verbum epigrammatum poetae certis versus locis ponere solebant. Atque primum quidem hac in re consideranda mirum videtur, quod hoc verbum ne in unius quidem epigrammatis hexametro, sed certis quibusdam versus pentametri locis ubique usurpatum invenimus.

In priore pentametri parte ineunte habes hoc verbum: A. P. VI 104 (Philippi)

πήρην . . .
ἐκρέμασεν Δηοῖ τῇ σταχυοστεφάνῳ.

In altera primi pentametri parte ineunte haec forma exstat his locis:

A. P. VI 188 (Leonidae Tarentini) *τὰ λαγωβόλα . . . ταῦτα πρὸς Ἀρκαδικοῖς ἐκρέμασε σκοπέλοις.* VI 130 (incerti auctoris) *Τοὺς θυρεοὺς ὁ Μολοσσὸς . . . δῶρον Ἀθάνᾳ Πύῤῥος ἀπὸ θρασέων ἐκρέμασεν Γαλατᾶν.* VI 282 (Theodori) *Ἑρμᾷ Καλλιτέλης ἐκρέμασεν πέτασον.* VI 106 (Zonae) *δέρμα λυκοῤῥαίστης ἐκρέμασεν Τελέσων.* VI 151 (Tymnis) *Μίκκος . . . αὐλὸν τόνδ' ἐς Ἀθαναίας ἐκρέμασ' Ἰλιάδος.* VI 152 (Agis) *Καὶ στάλικας καὶ πτηνὰ λαγωβόλα . . . Μείδων, Φοῖβε, σὺν ἰξευταῖς ἐκρέμασεν καλάμοις.*

Etiam ultimo primi pentametri loco hoc verbum positum videmus:

A. P. VI 89 (Macciae Quinti) *ὁ γριπεὺς καλάμοις κάραβον ἐκρέμασεν.* VI 210 (Philetae Samii) *Νικιὰς εἰς νηὸν Κύπριδος ἐκρέμασεν σάνδαλα.* VI 192 (Archiae) *Ταῦτα σαγηναίοιο λίνου δηναιὰ Πριήπῳ λείψανα καὶ κύρτους Φιντύλος ἐκρέμασεν.*

Interdum poetae epigrammatici compositi ἀνακρεμάννυμι formam metri causa eligere coacti sunt. Haec sunt exempla:

A. P. VI 247 (Philippi) *Κερκίδας . . . Αἰσιόνη πενίης δῶρον ἀνεκρέμασεν.* VI 295 (Phaniae) *Σμίλαν Ἀκεστώνδας δονακόγλυφον . . . Πιερίσιν πενίας ἄρμεν' ἀνεκρέμασεν.* VI 298 (Leonidae) *Πήρην . . . καὶ πῖλον . . . ταῦτα . . . σκῦλ' ἀπὸ Σωχάρεος Λιμὸς ἀνεκρέμασεν.* VI 309 (Leonidae) *. . . σφαῖραν . . . Φιλικλῆς Ἑρμείῃ ταύτην πυξινέην πλατάγην . . . καὶ τὸν ἑλικτὸν ῥόμβον κουροσύνης παίγνι' ἀνεκρέμασεν.*

Quantopere autem epigrammatum scriptores hoc verbum in pentametro exeunte positum adamaverint, inde quoque apparet, quod eodem eiusdem versus loco etiam passiva verbi forma κρέμαται nobis occurrit. Conferas:

A. P. VI 141 („Anacreontis")

ἀσπὶς Ἀθηναίης ἐν τεμένει κρέμαται.

A. P. VI 9 (Mnasalcae)

. . . τόξα καὶ ἰοχέαιρα φαρέτρα,
δῶρα παρὰ Προμάχου, Φοῖβε, τάδε κρέμαται.

Exemplis allatis nunc dicendum est, quando illud dedicandi verbum sit adhibitum. Ex iis quae ego quidem attuli exemplis satis intellectum puto, aetate poetarum Alexandrinorum illam dedicationis formam ortam esse. Nec vero audiendi sunt, qui dicunt illud verbum primum ab Anacreonte poeta adhibitum esse quod quidem doceat eius epigramma (A. P. VI 141). Nam, si quis putat hoc re vera Anacreontis esse, ille gravissimo errore tenetur[1]).

---

[1]) Cf. v. Wilamowitz-Moellendorff, Hermes XX (1885), p. 62.

3. Iam descendimus ad tertiam eamque ultimam, quam statuimus, dedicationum formam, qua donarium ipsum appellatur secunda verbi persona. Haec sunt exempla:

A. P. VI 52 („Simonidis") *μελία . . . ἧσο . . . Ζηνὶ μένουσ' ἱερά.* VI 119 (Moerus) *κεῖσαι . . . βότρυ.* VI 123 (Anytae) *Ἕσταθι τῇδε κράνεια.* VI 248 (Marci Argentarii) *Κύπριδι κεῖσο . . . δῶρον.* VI 128 (Mnasalcae) *Ἧσο . . . ἀσπὶ . . . ἄνθεμα.* A. Plan. IV 161 („Platonis") *οὕτως ἕστης.*

Iam si quaeris, quando haec dedicationis forma in poetarum epigrammaticorum venerit usum, non habeo quod respondeam pro certo. Nam auctorum nomina ut Simonides Plato quae quidem nonnullis eorum quae protuli epigrammatis inscripta vides, ad hanc quaestionem solvendam minimum, ut aliis locis iam disserui, valent. Quo denique modo illa dedicationis forma orta sit si quaerimus eam mea quidem sententia ortam videmus ex formula[1]) ita concepta ut donum ipsum loquens inducatur verbis: θεῷ ἀνάκειμαι ἀνάθημα vel similibus.

Quod apparere puto his versibus inter se comparatis:

Pr. 60 (saec. IV a.) *Μνάματ' Ἀπολλωνίας ἀνακείμεθα.* A. P. VI 119 (Moerus) *κεῖσαι βότρυ.* VI 124 (Hegesippi) *Ἀσπὶς . . . ἧμαι.* VI 128 (Mnasalcae) *ἧσο ἀσπὶ . . . ἄνθεμα.* Pr. 146 (c. 400 a. Chr. n.) *Ἐν τεμένει Διὸς ἕστηκα.* A. P. VI 123 (Anytae) *Ἕσταθι τῇδε κράνεια.*

Ad hanc dedicationis formam explicandam etiam hoc proferri potest. Deus cui dedicatur antiquissimis iam temporibus appellatur formula quasi legitima: δέχου, θεός. In duobus epigrammatis, quot quidem ego inveni (A. P. VI 144 et VI 213), quorum epigramma 213 Simonidis esse certum videtur[2]), is qui dedicat appellatur. A. P. VI 144 (incerti auctoris) Στροίβου παῖ, τόδ' ἄγαλμα, Λεώκρατες, εὖτ' ἀνέθηκας. VI 213 (Simonidis) Ἓξ ἐπὶ πεντήκοντα, Σιμωνίδη, ἤραο ταύρους καὶ τρίποδας, πρὶν τόνδ' ἀνθέμεναι πίνακα. Nonne igitur paene consectarium videtur etiam donum quod deo dedicatur appellari[3])?

---

[1]) Cf. p. 29.

[2]) Wilhelm, Simonideische Gedichte, Jahresh. des österr. Archaeolog. Inst. in Wien, II (1899) p. 235.

[3]) Occasione data hoc addatur. In carminibus sepulcralibus saepissime viator ut resistat et legat vel aspiciat appellatur. At in

Quasi appendicis loco illis prioribus affigo hanc dedicationis formam, in cuius verba appositionem adverbialem insertam videmus verbis ὡς θέμις vel similibus conformatam. Pauca habeo exempla:

A. P. VI 4 (Leonidae) *Διόφαντος ἀνάκτορι θήκατο τέχνας, ὡς θέμις.* VI 17 (Luciani) *ταῦτα δὲ Κλειώ, ὡς θέμις* [sc. *ἀνέθηκεν*]. VI 44 (incerti auctoris) *ὧν ἡμεῖς σπείσαντες, ὅσον θέμις.* VI 280 (incerti auctoris) *κόρᾳ κόρα, ὡς ἐπιεικές, ἄνθετο.*

Eandem appositionem Antipater Thessalonicensis in precatione adhibuit, quam in epigrammate (A. P. VI 209) exeunte addit verbis: ἀλλὰ σὺ τῇ μικκῇ μεγάλην χάριν ἀντιμερίζου, ὡς ἔθος, quas quidem preces is qui dedicavit antiquissima hominum sententia nisus his ipsis verbis inclusit.

Sequitur dedicationis forma, quae originis Romanae esse videtur, ita conformata ut deus, cui dedicatur, ipse inducatur dicens: hic mihi dedicavit.

Unum offendi exemplum.

Dess. 4239: L. Fl. Hermadion hoc mihi libens don. dedit.

Aliud habeo quod addam. In longioribus epigrammatis omnia, quae antea enumerata sunt, donaria comprehenduntur vocula ταῦτα vel simili ita ut illa vox in dedicationis ipsius formam inseratur. Haec sunt exempla:

A. P. VI 205 (Leonidae Tarentini) . . . *ἃ δὴ . . . Ἀθάνᾳ ὠνὴρ . . . θήκατο.* VI 129 (Leonidae) . . . *ταῦτ' ἀπὸ Λευκανῶν Κορυφασίᾳ ἔντε' Ἀθάνᾳ . . . Εὐάνθευς θῆχ' . . .* VI 298 (Leonidae) . . . *ταῦτα καταφθιμένοιο μυρικίνεον περὶ θάμνον σκῦλ' ἀπὸ Σωχάρεος Λιμὸς ἀνεκρέμασεν.* VI 39 (Archiae) . . . *Ἀθάνα πότνια, ταῦθ' αἱ σαὶ σοὶ θέσαν ἐργάτιδες.* VI 207 (Archiae) . . . *ἅλικες ἀγλαὰ δῶρα, . . . σοὶ τάδε, Κύπρι, ὤπασαν.* VI 246 (Philodemi) . . . *ἀλλὰ σύ, Κυανοχαῖτα, δέχευ τάδε.* VI 306 (Aristonis) . . . *Σπίνθηρ Ἑρμῇ τάδε σύμβολα τέχνας θήκατο.* VI 28 (Iuliani Aegyptii) . . . *Ἐριούνιε, σοὶ τάδε Βαίτων δῶρα φέρει.* VI 172 (incerti auctoris) *σοί, Διόνυσε, . . . ταῦτα τὰ τοῦ κάλλευς κόσμια καὶ μανίης.*

---

duobus tantum, quantum scio, epigrammatis dedicatoriis id fit. Kb. 810 (saec. I p.)

Ἀκταῖς τὴν ὅμορον Σινυητίσιν Ἀφρογένειαν
ξεῖνε, πάλιν πελάγους βλέψον ἀνερχομένην . . .
μή με μάτην, ξεῖνοι, παροδεύετε, γειτνιόωσαν
πόντῳ καὶ Νύμφαις Κύπριδα καὶ Βρομίωι.

A. Plan. I 11 (Hermocreontis)

Ἴζευ ὑπὸ σκιερὰν πλάτανον, ξένε, τάνδε παρέρπων,
ἔνθα με Νικαγόρας κλυτὸν εἵσατο Μαιάδος Ἑρμᾶν.

Cuius rei causa in aperto est.

Haec poetarum consuetudo aetate Alexandrinorum orta suum habet locum. Nam, si compluria donaria praemittuntur, consentaneum mihi quidem videtur, ea quae antecedunt ad simplicem dedicationis formam concipiendam comprehendi. Nihilominus illum usum ex precationibus antiquis, in quibus res, quae petuntur, vocula ταῦτα eundem in modum comprehendi solent[1]), ab epigrammatum poetis receptum esse minime negem, praesertim cum vocula ταῦτα quam in epigrammatis primo versus vel enuntiati loco positam videmus etiam in precationibus antiquis quot quidem inspexi primo versus loco exstet.

Cf. Soph. El. 655 *ταῦτα, ὦ Λύκει' Ἄπολλον, ἵλεως κλύων δός.* Arist. pac. 1016 *ταῦτ', ὦ πολυτίμητ', εὐχομένοις ἡμῖν δίδου.*

Aliud est quod mihi quidem verisimile videtur. Interdum enim fit, ut in extrema precatione iterum ut audiat ea, quae petita sunt, aliquem in modum oretur deus[2]), qua quidem re precationis caput repetitur. Idem autem poetas epigrammaticos, ut illud facerent, mea quidem sententia commovit. Nam compluria donaria antea enumerantes, tum una vocula ea comprehendentes itaque dedicationis ipsius formulam exprimentes poetae sollertissime sensus acumen in extremo epigrammate dedicatorio efferunt.

§ 4.

Haec sunt quae de illa Graecorum et Romanorum forma dedicandi habuimus disserenda. Iam hac paragrapho disputaturus sum **de donarii ipsius significationibus eiusque descriptionibus.**

A. Donarii significationes inde ab antiquissimis temporibus usitatae et ab aevi Alexandrini poetis receptae:

1. δῶρον.
2. ἀνάθημα.
3. ἄγαλμα.
4. ἄθυρμα.
5. μνῆμα.
6. ἀκροθίνιον.
7. ἀπαρχή.

---

[1]) Cf. Ausfeld l. c. p. 537.

[2]) Ziegler l. c. p. 65.

B. Donarii significationes inde ab aevo Alexandrino usitatae:

1. λείψανον.
2. γέρας.
3. σύμβολον.
4. ἄρμενον.

A. 1. Atque ab ea donarii significatione capiamus exordium, qua donarium cuiusvis generis exprimitur: δῶρον.

Antiquissimam hominum opinionem fuisse, deos donis oblatis, si essent irati, placari vel ut precationes ad eos missas audirent commoveri inter omnes constat. Qua de causa omnibus temporibus deis dona oblata sunt. Propter magnam epigrammatum copiam, quae hanc donarii significationem praebent, et propter simplicitatem formae ipsius satis superque duco oculos legentium ad haec convertisse:

Kb. 772 (saec. IV a.). 793 (aetat. Rom.). 806 (aetat. Rom.). A. P. VI 16. 33. 34. 38. 122. 159. 183. 233. 260. 264. 248. 282. 254. 289. App. 93 (Phalaeci). Ditt. 774. 787[1]).

Non abs re erit commemorare verbum δωρεῖσθαι saepius de donis deis datis et ab eis acceptis usurpatum in precibus sollemnibus[2]) non prorsus neglectum esse ab epigrammatum scriptoribus. Habes enim:

A. P. VI 105 (Apollonidae) *Τρὶγλαν ἀπ' ἀνθρακιῆς . . . Ἄρτεμι, δωρεῦμαι.*
A. P. VI 355 (Leonidae) *Ἁ μάτηρ . . . Βάκχῳ δωρεῖται.*

2. Sequitur altera ad naturam donarii aptissima significatio: ἀνάθημα.

Priusquam autem exempla ipsa ante oculos ponam, huius vocis historiam breviter tangam. Proprie ἀνάθημα dicitur id quod deo dedicatur. Antiquissimis iam temporibus eam donarii significationem in epigrammatis adhibitam esse demonstratur ep. Kb. 747 (saec. V a. Chr. n.) 'Απόλ(λ)ωνι θεῶ[ι στάσαντ'] ἀνάθημ' ἀ[π]ὸ Μ[ήδων.

Item e. gr. infimae aetatis: A. Plan. III 22 σωφροσύνης ἀνάθημα . . . στήσατο Γρηγόριος.

---

[1]) Cf. de huius vocis usu in inscriptionibus pedestri sermone compositis Dittenberger, ad tit. 774 adn. 3: Raro de rebus quas homines deis consecrant, quae proprie *ἀναθήματα* vocantur, haec vox usurpatur in titulis pedestri sermone compositis.

[2]) Ausfeld l. c. p. 531.

At in hac ipsa formula metrum quantum valuerit optime perspicitur. In plurimis enim epigrammatis metri causa vox ἀνάθημα loco suo mota est voce ad hexametrum aptissima: ἄνθεμα, quae non nisi apud poetas usitata est. Qua in re consideranda praemonendum videtur, etiam in hac vocis forma adhibenda nonnullas regulas ad verbi collocationem pertinentes observatas esse. Videmus enim illam doni significationem certis quibusdam versus locis positam.

Velut in hexametro ineunte:

A. P. VI 162 (Meleagri) *Ἄνθεμά σοι Μελέαγρος . . . θέτο.*

Ante ultimam hexametri vocem:

A. P. VI 208 (Antipatri Thessalonicensis) *τῆς Παφίης ὁ νεὼς καὶ το βρέτας· ἄνθεμα δ' αὐτῶν ξυνόν.*

Saepius in priore pentametri parte ineunte hanc formam invenimus:

Loewy 278 (saec. II—I a.) *ἄν[θ]εμ[α Σι]μ[ύλε]ω δέξο καὶ Εὐκρατίδα.* A. P. VI 275 (Nossis) *ἄνθεμα κεκρύφαλον τόνδε λαβεῖν Σαμύθας.* VI 128 (Mnasalcae) *Ἥσο . . . ἄνθεμα Λατώᾳ δήϊον Ἀρτέμιδι.* VI 68 (Juliani Aegyptii) *ἄνθεμά σοι τροχόεις οὗτος ἐμὸς μόλιβος.* VI 48 (incerti auctoris) . . . *θέτο Βιττὼ ἄνθεμα, λιμηρῆς ἄρμενον ἐργασίης.*

In altera pentametri parte ineunte vides formam:

A. P. VI 245 (Diodori) *δέσποτα, χειμερίης ἄνθεμα ναυτιλίης.*

Versuum autem locos, quibus hoc: ἄνθεμα exstat, si accuratius consideraverimus, facile intellegemus eosdem quibus etiam illam formam poeticam ἄνθετο, de qua supra iam dixi[1]), positam vidimus. Quando denique illa vox poetica ἄνθεμα in poetarum usum venerit, si quaerimus, aetate poetarum Alexandrinorum eam primum adhiberi videmus. Haec enim sunt exempla antiquissima:

Theocr. Epigr. 13. 2 (Fritzsche) *ἱλάσκεο τὴν θεὸν εἰπὼν οὐρανίην, Ἁγνῆς ἄνθεμα Χρυσογονῆς.* Callim. Ep. 5. 2 (Wilam.) *ἀλλὰ σὺ νῦν με, Κύπρι, Σεληναίης ἄνθεμα πρῶτον ἔχεις.* Pr. 112 (Eratosthenis) *λέγοι δέ τις ἄνθεμα λεύσσων τοῦ Κυρηναίου τοῦτ' Ἐρατοσθένεος.*

3. Quamquam ab antiquissimis temporibus usque ad saecula p. Chr. n. hae voces: ἀνάθημα ἀνατιθέναι usurpatae videntur, tamen iisdem iam temporibus, ut et consilium dedicandi et doni pretium accuratius indicaretur, aliae donarii significationes quaesitae sunt. Quo factum est, ut di-

---

[1]) Cf. p. 27.

versae quae sequentur voces inventae atque adhibitae sint. Hunc in modum donarii significatio ἄγαλμα orta videtur, in quam nunc diligentius inquiramus. Quod ut fiat pauca de historia huius vocis praemittenda sunt. Ἄγαλμα antiquissimis temporibus nihil significat nisi: ornamentum sive deorum sive hominum[1]). Hos conferas locos:

Δ 144 *βασιλῆι δὲ κεῖται ἄγαλμα.* Pind. Nem. X 125 *ἔνθεν ἁρπάξαντες ἄγαλμ' Ἀίδῃ, ξεστὸν πέτρον*[2])

Quod autem alicui ornamento est id ei etiam oblectamentum fit.

Cf. Eurip. Troad. 1201 *Μήτηρ πατρός σοι προστίθησ' ἀγάλματα τῶν σῶν ποτ' ὄντων.* Alc. 624.

Cum deis dona dedicentur, ut iis delectentur, haec ipsa summo iure ἀγάλματα vocantur. Iucundissimum autem donarium quod deo dedicatur imago ipsius ex aere vel alium in modum ficta videtur[3]).

Qua de causa antiquis iam temporibus statua in templo posita atque dedicata ἄγαλμα vocatur[4]).

Cf. Aeschyl. Eumen. 57 *καὶ κόσμος οὔτε πρὸς θεῶν ἀγάλματα φέρειν δίκαιος οὔτ' ἐς ἀνθρώπων στέγας.* Soph. O. R. 1379. Eurip. Iph. Taur. 87 *λαβεῖν ἄγαλμα θεᾶς*[5]).

Sed exposita historia huius vocis nunc accedam ad epigrammata ipsa proferenda, in quibus ἄγαλμα occurrit. Qua in voce adhibenda formulas quasdam ortas esse, si huius generis epigrammata perspexeris, haud dubie mihi concedes. Paucis enim epigrammatis exceptis hanc doni significationem semper certis quibusdam versus locis vel in similibus structuris adhibitam vides. Quibus in considerandis eximo structuras σοὶ τόδ' ἄγαλμα et similes, de quibus iam supra egi, cum pronominis formam σοὶ in dedicationis conformationem insertam tractarem. Quominus id vocabulum primo versus loco ponerent poetae metro impediebantur qua de causa non miraberis quod

---

[1]) Cf. Eust. in Hom. Il. Δ v. 144, p. 456, 24.

[2]) Cf. Suidas s. v. ἄγαλμα: *Πίνδαρος δὲ τὴν ἐπὶ τάφου στήλην οὕτω καλεῖ.*

[3]) Cf. Duemmler l. c. p. 201.

[4]) Cf. Leo Meyer, Handbuch der griechischen Etymologie, Leipzig (1901), I, p. 109.

[5]) Plura de hac voce invenis: Herod. I 131. II 42 et 46. Plat. Phaedr., p. 251, A.

in uno tantum epigrammate hanc vocem ἄγαλμα in versu incunte positam vides quod ut fieret articulo addito opus erat. A. P. VI 338 (Theocriti) τῶγαλμα Ξενοκλῆς, τοῦτο τὸ μαρμάρινον.

Saepissime hoc vocabulum legimus in primo epigrammatum hexametro exeunte.

Kb. 740 (saec. VI a.) *Παῖ Διός, Ἐκφάντωι δέξαι τόδ' ἀμενφὲς ἄγαλμα.* Ibidem 743 (saec. VI a.). 744 (saec. V a.). 805 (aetat. Rom.). Praeterea: Hoffm. 213. 224. 226. 230. 231. 272. 307. 318. Adde: A. P. VI 268 (Mnasalcae) *Τοῦτο σοί, Ἄρτεμι δῖα, Κλεώνυμος εἵσατ' ἄγαλμα.* VI 332 (Hadriani). Cf. etiam A. Plan. IV 164 (Luciani).

In duobus epigrammatis metri causa id vocabulum ante ultimam pentametri vocem positum videmus:

Kb. 830 (aetat. Rom.) *υἱὸς Λασθένεος στῆσεν ἄγαλμα τόδε.* A. P. VI 96 (Erycii) . . . *νομίῳ καλὸν ἄγαλμα θεῷ.*

Formula quaedam certa nobis videtur verborum coniunctio ἄγαλμα ἀνέθηκεν, quam et in medio versu et in eius exitu positam inveni. Conferas:

Hoffm. 220 (saec. VI a.) . . . *ἄγα[λμ' ἀνέθ]ηκε* . . . Kb. 754 (saec. V a.) . . . *ἄγαλμα ἀνέθηκεν* . . . In versu autem exeunte ut etiam huius generis epigramma proferam vides eam formulam apud Kb. 785 (saec. II vel I a.) *Κούραι καὶ Δάματρι οἶκον καὶ ἄγαλμ' ἀνέθηκεν.*

4. Venimus ad quartam donarii significationem voce ἄθυρμα conformatam. Quamquam in uno tantum epigrammate hanc doni significationem inveni, tamen paucis eam explicabo.

Ut lucidum exemplum praebeatur aperteque illustretur vocem ἄθυρμα idem atque ἄγαλμα significare hunc tibi affero locum:

Anacreont. carm. 53 (*εἰς ῥόδον*) (Bergk[4])

τόδε καὶ βροτῶν χάρημα
Χάρισίν τ' ἄγαλμ' ἐν ὥραις,
πολυανθέων Ἐρώτων
Ἀφροδίσιόν τ' ἄθυρμα.

Hedyle ap. Athen p. 297 b narrans Glaucum Scyllae in antrum donum tulisse, id ipsum voce *ἄθυρμα* significat. Simile exemplum habes A. P. VI 37 (incerti auctoris) . . . *Πανί δὲ* . . . *καλὸν ἄθυρμα*[1]) *κάτθεσαν.*

5. Satis multa de voce ἄθυρμα; sequitur μνῆμα donarium significans, de qua significatione accuratius est disputandum.

Hanc donarii significationem iam Reischius[2]) tangit dicens antiquissimis temporibus donum a Graecis dedicatum esse ut

[1]) Quem locum Suidas s. v. *ἄθυρμα* afferens adnotavit haec: *ἀντὶ τοῦ ἄγαλμα*

[2]) In dissertatione quam supra dixi incunte.

esset μνῆμα dei benignitatis, tum autem ut illud μνῆμα dedicantis gratiam in deos indicaret. Epigrammata autem dedicatoria accurate perlegens illam doni significationem etiam adhibitam vidi ita ut dedicantes statuerent μνῆμα imperii aut artis suae aut laborum quos perpessi erant. Exempla sunto haec: Imperii signum exstat: Hoffm. 238 (VI a) Μνῆμα τόδε hῆς ἀρχῆς Πεισίστ[ρατος . . . θῆκεν.

Altera causa subest his dedicationis verbis:

Kb. 744 (saec. V a.) *Πραξιτέλης ἀνέθηκε . . . ἄγαλμα καίϝοι μνᾶμα τόδ' ἔστ' ἀρετᾶς*[1]). Pr. 100 (saec. V a.) *Μνᾶμ' ἀρετᾶς ἀνέθηκε . . . Παυσανίας.* In his epigrammatis fortasse enumerari potest „Anacreontis" epigramma (A. P. VI 135) *Οὗτος Φειδόλα ἵππος . . . ἄγκειται Κρονίδᾳ, μνᾶμα ποδῶν ἀρετᾶς.* Simile exstat: A. P. VI 140 („Anacreontis") . . . *ἀνέθηκε Μέλανθος μνᾶμα χοροῦ νίκας.*

Tertiam autem earum quas supra attuli causarum invenis in his epigrammatis expressam:

Kb. 752 (saec. V a.) *μνῆμα πόνων Ἄρεος.* Kb. 768 (saec. IV a.) *πολέμου μνῆμα.* Pr. 86 (saec. V a.) *Μνᾶμά τε ἀλεξάνδρου πολέμου, παὶ μάρτυρα νίκας Δελφοί με στᾶσαν.* Adde: A. P. VI 197 et 215.

6. Venio nunc ad has duas donarii significationes: ἀκροθίνιον et ἀπαρχή.

Quas cum a compluribus viris doctis[2]) iam tractatas sciam, commemoratio ipsa hoc loco sufficit. Utramque doni significationem non nisi in epigrammatis lapidi inscriptis adhibitam vidi. Haec sunt exempla:

ἀπαρχή: Hoffm. 253 (saec. VI a). 271 (saec. V a.). Kb. 753 (saec. V a.) 754 (saec. V a.). Hoffm. 214. 222. 240. 256. 262. 284. *ἀκροθίνιον*: Pr. 56 (V fere saec. a.). Kb. 811 (II p.).

B. Relinquitur ut verba faciamus de iis donarii significationibus, quae inde ab aevo Alexandrino in epigrammatis nobis occurrunt.

1. Ac proficiscor quidem a voce λείψανον, quam donarii significationem his locis legimus:

---

[1]) Ad hanc dedicationis causam alludere videtur Reischius l. c. p. 3 dicens haec: „unter dem Deckmantel des religiösen Scheines bietet das Weihgeschenk dem Ehrgeiz des Einzelnen eine willkommene Handhabe zur Selbstverherrlichung und Selbstverewigung".

[2]) Welcker, Sylloge epigr. gr. Bonnae 1828, p. 215. Reisch p. 5. Duemmler l. c. p. 199. Reinach p. 381. Larfeld, Handbuch, p. 854.

A. P. VI 4 (Leonidae) *Διόφαντος ἀνάκτορι θήκατο . . . ἀρχαίας λείψανα τεχνοσύνας.* VI 192 (Archiae) *Ταῦτα σαγηναίοιο λίνου δηναιὰ Πριήπῳ λείψανα . . . Φιντύλος ἐκρέμασεν.* VI 76 (Agathiae Scholastici) *νῦν μόλις εὗρε μέλαιναν ἀπὸ κροτάφων τρίχα κόψαι, θῆκε δὲ σοὶ προτέρης λείψανον ἡλικίης.* Alia si vis exempla conferas: A. P. VI 23. 223. 293.

Iam si hanc cum voce: ἀπαρχή, quam quidem novimus antiquam donarii significationem, comparamus, primo intellegitur aspectu contrarius illarum doni significationum sensus. Is autem, qui λείψανον primus adhibuit sine dubio mea quidem sententia antiquiore forma ἀπαρχή ut id faceret inductus est, praesertim cum illa doni significatio ἀπαρχή, quae, ut iam dixi, frequentissima fuit, etiam aevi Alexandrini poetis nota esse debuerit, a quibus primum vox λείψανον donum significans in epigrammatis adhibita est. Priusquam ad sequentem donarii significationem transeam, non abs re erit commemorare Anthologiae Palatinae epigrammata VI 1 („Platonis") et VI 18 (Juliani Aegyptii) in quibus, quamquam λείψανον non legitur, tamen primo iam obtutu τὸ κάτοπτρον quasi λείψανον νεότητος deae dedicatum intelleges[1]).

2. Sequitur donarii significatio: γέρας. Priusquam singula quae inveni exempla afferam, de historia huius vocis quaeramus. Atque primum quidem haec vox significat: Ehre, Ehrengabe[2]).

---

[1]) Simillima sunt ut hoc egregium imitationis exemplum proferam haec Anthologiae Palatinae epigrammata VI 1 et VI 18. In utroque enim epigrammate videmus: eandem personam dedicantem [*Λαΐς*], idem donum dedicatum [*τὸ κάτοπτρον*] eandem deam cui dedicatur [Venus] denique eandem dedicandi causam iisdem fere vel paulum mutatis verbis expressam. Conferas velim: VI 1 *τῇ Παφίῃ τὸ κάτοπτρον, ἐπεὶ τοίη μὲν ὁρᾶσθαι οὐκ ἐθέλω.* VI 18 *Λαΐς . . . γηραλέων στυγέει μαρτυρίην ὀυτίδων. ἔνθεν πικρὸν ἔλεγχον ἀπεχθήρασα κατόπτρου ἄνθετο.* Iam si haec verba accuratius consideraveris facile intelleges poetam saeculi VI p. Chr. n. simplicem antiqui epigrammatis elocutionem quasi quodam poetico colore ut mutaret exornasse. Quod habes etiam his qui similes sunt locis: VI 1 *Λαΐς . . . ἐπεὶ τοίη μὲν ὑρᾶσθαι οὐκ ἐθέλω, οἵη δ' ἦν πάρος οὐ δύναμαι.* VI 18 *Λαΐς ἀμαλδυνθεῖσα χρόνῳ περικαλλέα μορφήν.* Ad postremum ne hoc quidem neglegendum videtur quod vocabulum *πάρος* et in utroque epigrammate et in eodem sensus conexu invenitur. VI 1 *οἵη δ' ἦν πάρος.* VI 18 *τῆς πάρος ἀγλαΐης.* Quae cum ita sint, ego quidem pro certo habeam, Iulianum Aegyptium antiquius epigramma ipsum legisse et forma paulum mutata repetivisse.

[2]) Cf. Prellwitz, Etymolog. Wörterbuch der griechischen Sprache, Göttingen[2] 1905, p. 92.

Loci autem quibus voce γέρας donum honorificum hominum significatur sunt velut hi:

λ 533. Pind. Pyth. V 124. Pind. Ol. VIII 11. Aeschyl. Suppl. 964. Soph. Phil. 1061 et 1365.

Deorum donum honorificum voce γέρας significatum habes his locis:

Hymn. hom. in Merc. III 573 (Abel) *ὅστ' ἄδοτός περ ἐὼν δώσει γέρας*[1]) *οὐκ ἐλάχιστον.* In Ven. IV 29. Pind. Ol. VII 68. Aesch. Prom. 231.

Cum honoris ipsius causa deis donaria dedicentur, ea ipsa summo iure voce γέρας significantur. Primus autem Theocritus illam vocem in hunc modum adhibuisse videtur. Habes enim:

Idyll. XXII 223 (Castorem et Pollucem alloquitur) *ὑμῖν δ' αὖ καὶ ἐγὼ λιγεῶν μειλίγματα Μουσέων, οἷ' αὐταὶ παρέχουσι καὶ ὡς ἐμὸς οἶκος ὑπάρχει, τοῖα φέρω . γεράων δὲ θεοῖς κάλλιστον ἀοιδαί.* Idyll. XVII 8 *ὕμνοι δὲ καὶ ἀθανάτων γέρας αὐτῶν.*

Anthologiae Palatinae epigrammata sunt haec: VI 31 (incerti auctoris)

. . . Πανὶ καὶ εὐκάρπῳ Διονύσῳ
καί Δηοῖ Χθονίῃ ξυνὸν ἔθηκα γέρας.

VI 72 (Agathiae Scholastici) *Βάκχῳ λοιβῆς καὶ θυέων μικτὸν ἔδωκα γέρας*[2]). VI 109 (Antipatri) *σοί, Πάν, . . . γέρας θέτο . . . Κραῦγις.* Similia sunt: A. P. VI 81 (Pauli Silentiarii). VI 182. 198. 230.

3. Linquamus hanc donarii significationem et consideremus nunc si placet tertiam quam supra statuimus formam: σύμβολον.

Exempla quae habeo illam doni significationem certis quibusdam versus locis praebent.

Ante ultimam versus hexametri vocem:

A. P. VI 294 (Phaniae) *Κάλλων Ἑρμείᾳ θέτ' ἀνάκτορι, σύμβολ' ἀγωγᾶς παιδείου.* A. P. VI 306 (Aristonis) *οὐψοπόνος Σπίνθηρ Ἑρμῇ τάδε σύμβολα τέχνας θήκατο.*

In altera versus pentametri parte ineunte:

Kb. 779[3]) στῆσε Φίλων ἀγαθῆς σύμβολον εὐπλοίης. A. P. VI 180 (Archiae) τρεῖς γνωτοὶ τέχνας σύμβολα, Πάν, ἔθεσαν. VI 187

---

[1]) Antiquissimis iam temporibus illa vocis significatio ita debilitata vel, ut rectius dicam, amplificata est, ut ea significetur: ein Geschenk überhaupt. Cf. *v* 297. Soph. Ai. 825. Soph. O. C. 1396.

[2]) Haec duo epigrammata quod attinet ad dedicationis et conformationem et collocationem inter se simillima videntur, cum eandem dedicationis formam eodem versus pentametri loco positam habeamus.

[3]) „Videtur carminis ars haud ita longe a Leonidae vel Antipatri Sidonii aetate remota esse.“ Kaibel.

(Alphei Mitylenaei) ἄνθετ' ἀπ' οἰκείης σύμβολον ἐργασίης[1]). Item haec duo Antiphili Byzantini epigrammata (A. P. VI 97 et VI 199).

Haec autem doni significatio, quae illi inde ab antiquissimis temporibus usitatae voci: μνῆμα, quod attinet ad sensum, simillima est, ab epigrammatum auctoribus commutandi tantum causa adhibita mihi quidem videtur.

4. Iam profero quartam eamque ultimam doni significationem voce ἄρμενον conformatam.

Pauca habeo huius generis exempla:

A. P. VI 205 (Leonidae Tarentini) *Τέκτονος ἄρμενα ταῦτα Λεοντίχου. . . . ἃ δὴ χαριεργῷ Ἀθάνᾳ ὠνὴρ θήκατο.* VI 14 (Antipatri Sidonii) *Πανὶ τάδ' αὔθαιμοι τρισσοὶ θέσαν ἄρμενα τέχνας.* VI 295 (Phaniae) *Σμῖλαν . . . . Πιερίσιν πενίας ἄρμεν' ἀνεκρέμασεν.* Huc spectant etiam epigrammata (A. P. VI 47 et VI 48) similem in modum concepta.

Exemplis allatis originem huius donarii significationis paucis liceat exponere. Qua in re consideranda secernas quaeso materiam ipsam et eius conformationem. Illa antiquior, haec recentior est. Antiquissimis enim temporibus in hominum usu erat, aetate vel parte eius quadam exacta instrumenta, quibus adhuc ut quaestum facerent usi erant, deo dedicari[2]). Vox autem ἄρμενον ipsa donarium significans a poetis Alexandrinis primum adhibita videtur quam ad elegendam metrum summi momenti fuisse nemo neget.

Exposita illa donarii significatione haud alienum a studiis nostris videtur, instrumenta ipsa qualia sint breviter considerare. Tres sunt res quae in Anthologiae Palatinae lusibus plerumque dedicantur. Vides enim τὸ δίκτυον adhibitum in his epigrammatis: A. P. VI 11. 13. 14. 15. 16. 24. 25. 26. 167. 179. 181. 182. 183. 185. 186. 193. Τὸ λαγωβόλον autem habes: A. P. VI 152. 177. 188. 296. In epigrammatis VI 177 et 296 invenis etiam tertium instrumentum: οἱ δόνακες, quod exstat: A. P. VI 5. 27. 28. 29. 78. Ut est consentaneum, haec

[1]) Eodem versus pentametri loco habes *σύμβολον* A. P. IX 507 (Callimachi = XXVII Wilam.): *. . . χαίρετε λεπταί*
ῥήσιες, Ἀρήτου σύμβολον ἀγρυπνίης.

[2]) Reisch l. c. p. 14.

dona dedicantur a piscatoribus et venatoribus, quos quidem maxime offendimus in illis epigrammatis, in quibus tres personae dedicantes inducuntur.

C. Habetis de donarii significationibus quid sentiam; explicabo etiam, ut erat propositum, quemadmodum epigrammatum auctores descripserint donarium ipsum. Maximam enim poetae epigrammatici, ut pretium doni dedicati quodam modo exprimerent, operam dederunt. Quod quidem ipsum duplicem in modum factum est:

1. donarium laudatur.
2. parvum doni pretium indicatur.

1. Plurima sunt epigrammata quae egregiam doni laudem praebent[1]). Conferas:

A. P. VI 142 („Anacreontis") *Σάν τε χάριν, Διόνυσε, καὶ ἀγλαὸν ἄστεϊ κόσμον ἀνέθηκ'* . . . A. P. VI 260 (Tullii Gemini) *ζηλούμενον, οὐκ ἐπιμεμφὲς δῶρον.* Kb. 820 (II fere saec. p.) *καλὸν ἔτευξε, Φιλόργιε, βῆμα θεήτρου.* Kb. 831 (II fere saec. p.) *ἄγαλμα . . . ἀγητόν.*

Antiquissimis iam temporibus etiam hac in dedicationis forma adhibenda formula quaedam orta est ita, ut doni significatio cum adiectivo laudativo coniuncta ultimum teneat versus locum. Ad quam verborum collocationem et aptissima et usitatissima videmus adiectiva ἀμεμφὲς et καλός. Haec habeo exempla:

Kb. 740 (saec. VI a.) *Παῖ Διός, Ἐκφάντωι δέξαι τόδ' ἀμενφὲς ἄγαλμα.* Kb. 797 (II fere saec. p.) *Σ]ωτῆρ' ἀνθρώπων Ἀσ[κληπιόν, ἔργον ἄμεμπτον*[2]). A. P. VI 37 (incerti auctoris) *Πανὶ . . καλὸν ἄθυρμα κάτθεσαν*[3]).

Saepius autem legitur verborum coniunctio: καλὸν ἄγαλμα.

In hexametro exeunte: Kb. 743 (saec. VI a) Δέξο Ϝάναξ] Κρονίδα, [Ζ]εῦ Ὀλύμπιε, καλὸν ἄγαλμα.

---

[1]) Donarium ipsum saepissime laudari iam ante me observavit Preg. ad tit. 53 p. 43; idem contulit locos apud veteres rerum scriptores exstantes qui hunc locum communem attingunt.

[2]) Eandem pretii descriptionem etiam apud poetas tragicos usitatam doceat hoc quod mihi liceat afferre exemplum: Eurip. Med. 958 *οὗτοι δῶρα μεμπτὰ δέξεται.*

[3]) Ceterum hic poeta sua deprompsit ex hymn. hom. in Merc. III 32, in quo eandem verborum coniunctionem eodemque versus hexametri loco habes: *ἀσπασίη προφανεῖσα. πόθεν τόδε, καλὸν ἄθυρμα.* In hexametro ineunte exstant haec verba: hymn. hom. in Cerer. V 16 *καλὸν ἄθυρμα λαβεῖν. χάνε δὲ χθὼν εὐρυάγυια.*

Ante ultimam versus pentametri vocem:
A. P. VI 96 (Erycii) . . ., νομίῳ καλὸν ἄγαλμα θεῷ.

Summa donarii laus exprimitur hoc aptissimo hexametri exitu: περικαλλὲς ἄγαλμα.

A. P. VI 7 (incerti auctoris) *νικήσας ἀνέθηκε τεὶν περικαλλὲς ἄγαλμα.* VI 8 (incerti auctoris) *μονναρχέων ἀνέθηκε τεὶν περικαλλὲς ἄγαλμα.* A. Plan. IV 164 (Luciani) *Σοὶ μορφῆς ἀνέθηκα τεῆς περικαλλὲς ἄγαλμα.*

Pluribus autem verbis doni laudem vides expressam:

Kb. 768 (saec. IV a.) *ο]ὐδείς πω Λυκίων στήλην το[ι]άνδε ἀνέθηκ[ε]ν.* A. P. VI 337 (Theocriti) *ὁ δ' εἰς ἔργον πᾶσαν ἀφῆκε τέχναν.* Simile exemplum: Loewy 147 (saec. II a. Chr. n.) *οὐδέ κεν αὐτὸς Ἥφαιστος τέχνην τῶνγε ὀνόσαιτ' ἐσιδών.*

Magnam donarii laudem his quoque verbis expressam invenis: A. Plan. IV 182 (Leonidae Tarentini) Κύπριν οὐ γραπτόν, ἀλλ' ἔμψυχον ἐξεμάξατο. In hoc numero fortasse illa epigrammata haberi possunt, in quibus doni laudatio non tam clare ut in antecedentibus, sed eo elegantius dicta est, quae verba ad artificum laudes referuntur.

Kb. 759 (saec. V a.) *Εὔφρων ἐξεποίησ' οὐκ ἀδαὴς Πάριος.* A. Plan. IV 192 (incerti auctoris) *Ὦ λῶστε, μὴ νόμιζε τῶν πολλῶν ἕνα Ἑρμᾶν θεωρεῖν.. εἰμὶ γὰρ τέχνα Σκόπα.*

Hic locus communis, qui in Graecorum epigrammatis dedicatoriis inde a saeculo a. Chr. n. VI usque ad aetatem Romanam nobis occurrit, etiam in carmina dedicatoria latina abiit. Haec sunt exempla: Bch. 256 (saec. III) quod carmen epigrammati Graeco (Kb. 768 saec. IV a) supra iam allato simile est (verba autem sunt: credo quidem donum nullis hoc antea natum collibus aut siluis), deinde Bch. 265 (saec. III p.) regali sumptu Phoebeia templa locauit . hunc superat pietate nepos, . . . antra facit sumptusque tuos nec, Roma, requirit.

Huc etiam spectant inscriptiones latinae pedestri oratione conceptae velut Dess. 4741: deae aedem omni sua impensa[1]) donavit M. Victorius Pollentin.

---

[1]) Comparandi causa liceat afferre inscriptionem Graecam simili modo conceptam *τος Σωρεινιᾶνος ω . . . ντος* (?) *ἄρχων Μηλίων τὸ γ' ἐκ τῶν ἰδίων, ἐν τῷ ἰδίῳ τόπῳ τὸ ὡρολόγιον . ἀνέθηκεν.* Inscr. from Melos. Journal of Hellenic Studies XVII (1897), p. 17. Inscriptionum Graecarum exempla quae hanc adnotationem praebent collegit Franz, Elementa. Berolini 1840, p. 335. Reinach l. c. p. 384.

Plenae horum exemplorum sunt inscriptiones latinae, sed brevitatis causa exemplo contenti erimus uno.

2. Atque haec quidem hactenus; videamus nunc alteram, qua doni pretium in epigrammatis significabatur, formam, quae ei quae antecedit conformationi contraria videtur. Saepissime enim doni pretium ita indicatur, ut verba ὀλίγη δόσις vel similia ad doni significationem addantur. Haec habeo exempla:

Kb. 793 (saec. II p.) *οὐ μέγα δῶρον ἐγὼ . . . ἔθηκα.* A. P. VI 152 (Agis) *Ἔργων ἐξ ὀλίγων ὀλίγην δόσιν.* VI 232 (Crinagorae) *ἀντίθεται λιτὴν δαῖτα Φιλοξενίδης.* VI 238 (Apollonidae) *εἶσιν δ' ἐξ ὀλίγων ὀλίγη χάρις*[1]. Plura huius generis exempla sunt: A. P. VI 98. 105. 106. 190. 199. 230. 247. 288. 295. 355.

Liceat mihi epigramma addere (A. P. VI 227 Crinagorae Mitylenaei), quod, quamquam dis non dicatum est, tamen hunc locum communem praebet. Verba autem sunt: πέμπει Κρινα-γόρης ὀλίγην δόσιν, ἀλλ' ἀπὸ θυμοῦ πλείονος.

Duo denique addo epigrammata, in quibus illam ipsam sententiam eundem in modum expressam videmus.

A. P. VI 25 (Iuliani Aegyptii) *εἰ δ' ὀλίγου δώρου τελέθει δόσις, οὐ τόδε, Νύμφαι, μέμψις.* A. Plan. IV 36 (Agathiae) *εἰ δ' ὀλίγον τὸ γέρας, μὴ μέμφεο*[2].

---

[1]) Sine dubio mea quidem sententia Apollonidas Leonidae verba (A. P. VI 288 v. 8) *ἐξ ὀλίγων ὀλίγαν μοῖραν ἀπαρχόμεθα* spectavit cum diceret in epigr. VI 238 versibus 5. 6:

εἶσιν δ' ἐξ ὀλίγων ὀλίγη χάρις. εἰ δὲ διδοίης
πλείονα, καὶ πολλῶν, δαῖμον, ἀπαρξόμεθα.

Quo loco imitatio et eadem eorundem verborum collocatione cernitur et verbo *ἀπάρχεσθαι* in utroque epigrammate ultimum pentametri locum obtinente satis liquet. Quod attinet ad textum, cum Stadtmuellero legere velim in epigr. 238 vers. 5 *εἶσιν δ' ἐξ* pro *εἰμὶ δ'*, quae verba codicibus tradita metro non conveniunt.

[2]) Occasione data epigramma (A. P. VI 77 Eratosthenis Scholastici) proferre non omiserim, cum evidentissime poetarum saeculi VI p. Chr. n. ars epigrammatica nobis eo illustretur. Conferas velim epigramma 77 cum eiusdem Anthologiae epigrammate VI 164 (Luciani). In utroque enim epigrammate *ὀλίγη δόσις* dedicatur: VI 77 *κενεὸν πίθον ἄνθετο.* VI 164 *σωθεὶς ἐκ πελάγους Λουκίλλιος ὧδε κέκαρμαι τὰς τρίχας ἐκ κεφαλῆς.* Excusatio quoque cur tam parvum donum dedicetur iisdem verbis structura tantum mutata expressa in utroque epigrammate plane congruit. VI 77 *ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχει.* VI 164 *ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχω.*

In epigrammatis a Kaibelio ex lapidibus collectis haec pretii significatio semel tantum in epigrammate saeculi II p. Chr. n. legitur. Nec mirum mea quidem sententia. Nam hanc dedicationis formam in schola ortam puto aetate poetarum Alexandrinorum, qui, ut animos audientium sive legentium caperent, varium in modum epigrammatum conformationem exornare studebant. Formam autem ὀλίγη δόσις ab antiquis Graecorum poetis receptam esse notissimis docetur exemplis:

ζ 208 *πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες ξεῖνοί τε πτωχοί τε, δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε.* Ibidem ξ 58 *δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε γίγνεται ἡμετέρη.* Simile habes: *Α* 167 *ἐγώ δ' ὀλίγον τε φίλον τε ἔρχομ' ἔχων ἐπὶ νῆας, ἐπὴν κεκάμω πολεμίζων.* Huc spectat etiam: Pind. Pyth. X 30 *τῶν δ' ἐν Ἑλλάδι τερπνῶν λαχόντες οὐκ ὀλίγαν δόσιν.*

§ 5.

Magnus est eorum epigrammatum numerus, in quibus dedicandi causae accuratius allatae sunt. Sed quoniam aliis locis de hac re multa iam scripta scio[1]), hoc loco ut suppleam, quae adhuc desunt, ea tantum proferam, quae ego quidem primus hac inquisitione inveni. Etiam hac in re Romani Graecorum imitatores videntur, quod ut demonstrarem has causas exscripsi:

a) **gratiam in deos:**

1. precatio et votum.
2. liberatio periculi et morbi aut victoria parta aut successus laborum egregius.

b) **senectutem.**

c) **somnium.**

a) Atque primum quidem, ut est consentaneum, Graeci gratiam in deos expresserunt:

1. precationibus votisque factis[2]).

Kb. 833 (aetat. Rom.) ἔθηκεν . . . ἄνγελον εὐσεβίης ἠδὲ θυηπολίης.

Denique minime neglegendum videtur quod haec ipsa verba utriusque epigrammatis textum finiunt.

[1]) Reisch l. c. p. 4 sq. Duemmler l. c. p. 206 sq.

[2]) E. v. Lasaulx, Die Gebete der Griechen und Römer, ind. lect. Wirceb. 1842 = akadem. Abhandl. (1854) 4.

Eandem dedicationis causam in suum usum verterunt Romani hac conformatione: Bch. 249 (saec. II p.) accipe quae pietas ponit tibi dona merenti. Bch. 867 aram numina sancta colens Cammarius posuit.

Saepissime a poetis Graecis, metri puto causa, verbum εὔχεσθαι adhibitum videmus[1]).

A. P. VI 243 (Diodori) εὔχετ' ἐπισπένδων τάδε Μάξιμος. Kb. 835 (aetat. Rom.) a. M. Ὀκτάουιος Ἴλαρο[ς] εὐξάμενος ἀνέθηκα.

Haec autem participii forma, quae in omnium poetarum deliciis videtur fuisse, certis quibusdam versuum locis exstat. Omnia enim, ut hoc praemittam, huius generis exempla praebent hoc participium in altero epigrammatis versu. Cum plurima epigrammata metro elegiaco concepta sint, legimus illud participium tribus versus pentametri locis.

In priore pentametri parte ineunte:

Kb. 751 (saec. V a.) ἀνέθηκε . . .
εὐξάμενος[2]) δεκάτην Παλλάδι Τριτογενεῖ.

Kb. 803 (aetat. Rom.) ἀνέθηκεν . . .
εὐξάμενος [σ]τήλλην λαινέην ὁ Βάλης.

Etiam altera pentametri pars ab hac verbi forma incipit: Kb. 765 (saec. V a.) . . . ε]ὐξάμενος δεκάτην.

Praeterea pentametri exitus hoc participio formatus est: Kb. 804 (aetat. Rom.) . . . νος ὑπὲρ τέκνων [Σ]ιλουίου εὐξάμενος.

Participium verbi praesentis quamquam raro scriptum videmus tamen exemplum, quod inveni, illam formam uno eorum, quos supra dixi, pentametri locorum praebet. A. P. VI 230 (Quinti) θῆκε γέρας . . .
εὐχόμενος νούσων ἐκτὸς ἰδεῖν Ἀΐδην.

Etiam hac in re varietatem effecit metrum interdum pro simplici forma verbum compositum postulans. Haec habeo exempla:

Kb. 740 (saec. VI a.) σοὶ γὰρ ἐπευχόμενος τοῦτ' ἐτέλεσσε γρόφων.

A. P. VI 185 (Zosimi Thasii) Κλείτωρ, εὐθήρῳ Πανὶ προσευξάμενοι.

---

[1]) De hoc verbo in antiquis Graecorum precationibus adhibito cf. Adami p. 234; Ziegler p. 43 et 66.

[2]) Quam formulam in rebus gratiarum referendarum causa dicatis adhiberi solere intellexit Franz l. c. p. 335; Reinach p. 383; Larfeld, Handb., p. 858.

Simillima sunt haec duo saec. V a. Chr. n. epigrammata, in quibus aliam eiusdem sensus conformationem eodem pentametri loco positam videmus.

Kb. 753 *θῆκ' . . .*
εὐχωλὴν τελέσας, σοὶ χάριν ἀντ[ιδιδούς.
Kb. 754 *ἀνέθηκεν . . .*
εὐχωλὴν τελέσας παιδ]ὶ Διὸς μεγάλου.

Idem sensus subest etiam in hoc epigrammate Kb. 834 (aetat. Rom.) εὐχῆς ἵνεκε τοῦτ' ἐπέγραψαν. Eadem verba metri tantum causa mutata in versu exeunte habes: Kb. 808 (aetat. Rom.) στήσατο βωμοὺς
Φοίβῳ καὶ κούρῃ Ἀρτέμιδ[ι] εἵνεκεν εὐχῆς.

Simile est quod attinet ad dedicationis causam ep. A. P. VI 301 (Callimachi = XLVII Wilam.) θῆκε . . . λέγων ὅτι . . . κατ' εὐχὴν ὧδ' ἔθετο.

Restat ut quae huius generis exempla apud Romanos sint quibusque verbis atque formis ea sint concepta explicemus. Videas igitur:

Bch. 866 Cutius has auris Gallus tibi voverat olim,
Phoebigena, et posuit sanus ab auriculis.
Bch. 867 Iustitiae Nemesi Fatis quam uouerat aram
. . . . Cammarius posuit.

Simile Bch. 874 (saec. II) Ha]nc [t]ibi quam uoui, posui, bone Iupp[i]ter, aram. Dess. 3859 Nymphis Lymphisq. Augustis ob reditum aquarum P. Pomponius Cornelianus . . . ut vovit. Praeterea ibidem conferas 4206. 4221. Simile habes exemplum Bch. 3 (saec. II a): ob hasce res bene gestas quod in bello uouerat hanc aedem . . . imperator dedicat. Item Bch. 248 (saec. II a.) Victor, tibei Lucius Mumius donum . . . promiserat. Dess. 4419 A. Iulius Leonas donum quod promiserat Anubiacis Domestica libert. d. s. p. Ibidem 4729 a Pectillus votum quod promissit deo Nudente m(erito) dedit.

Saepissime hanc dedicationis causam expressam videmus verbis: votum solvit[1]). Conferas e multis pauca: Dess. 3023. 3091. 3108. Bch. 262.

Imprimis hanc dedicationis causam in inscriptionis exitu Romani posuerunt utentes clausula verbis ex voto conformata. Haec sunto exempla: Dess. 3008 Iovi optum. max.

---

[1]) Vertit haec verba Graecus quidam poeta Kb. 838 (aetat. Rom.) *ἔστησα βωμὸν ἐκτελῶν εὐχὴν ἐμήν.*

Ti. Claudius Ennychus et Claudia Manto ex voto. Item: 3042. 3162. 3667. 4036. Contrariam eorundem verborum collocationem habes: Bch. 250 (saec. II p.) reddo ex uoto[1]) meritoque libens mea dicta resoluo.

Huius dedicationis causae conformationes ipsas si spectaveris nihil sane impedit, quominus formulas quasdam a Romanis factas exstitisse et cottidiano quasi usu celebratas esse existimes. Imprimis autem inscriptionis exitum formabant verbis eodem semper fere ordine collocatis: votum solvit lubens merito[2]). Ex magno huius generis inscriptionum numero has proponere iuvat: Dess. 4339. 4344. 4347. 4371. 4446. 4504. 4506.

Sed ne in hac una clausula et facienda et observanda Romanos acquievisse putemus, altera formula non minus saepe in inscriptionum exitu adhibita prohibemur, quae, quamquam iisdem fere verbis exprimitur, tamen uno verbo mutato varietatem ad sensum aptissimam praebet. Verba autem sunt: votum solvit lubens animo. Conferas e. c. Dess. 4444b. 4449. 4455. 4482. 4496. 4512a. 4513d.

Quantopere etiam inter Romanos floruerit imitatio, docet appositio verbis: vetustate conlabsum vel similibus formata, quam posteriore aetate Romani ad *templum* addere solebant, quod, ut deo donarium quoddam dedicaret, homo restituendum curabat. Quam quidem rem cum per omnia exempla persequi longum sit, his paucis comprobare mihi visum est.

Dess. 3813 imp. Caesar Vespasianus Aug. pontifex maximus, trib. potestatis, censor aedem Victoriae vetustate dilapsam sua impensa restituit.

Item 4598 deo Mercurio Cissonio Dubitatia Castula natione Syria templum et porticus vetustate conlabsum denuo de suo restituit. Similia sunt exempla: Dess. 3805. 4312. 4788. 4638. 4197.

---

[1]) Eandem dedicandi causam eademque formula expressam habes eodem versus hexametri loco Hor. Sat. I 5, 66:

donasset iamne catenam
ex voto Laribus, quaerebat; scriba quod esset,
nilo deterius dominae ius esse.

[2]) Quam usitata fuerit haec dedicandi formula docent litterae singulares: V. S. L. M. inde ab aetate Augusti saepissime adhibitae. cf. Hübner p. 690.

Ad postrenum ut ne hoc quidem occasione data omittam, si accuratius inscriptiones latinas contemplamur, aliam dedicationis causam a Graecis non adhibitam invenimus. Nonnullae enim inscriptiones heredem quendam dedicantem ostendunt, qui ex testamento[1]), ut inscriptionum verbis ipsis utar, donum deo offert. Haec exempla ex multis pauca habeto:

Dess. 3318 Vestae Aug. sacrum M. Iunius Quir. [H]ispanus Segoviensis testamento suo fieri iussit. Ibidem 3590 Genio munic. Segu[s] ex testam[e]nto Miniciae P. f. Sabinae de pecunia quae superfuit operis Vertumni, C. Pinar. Taurus heres f. c. Item 3686 Fortunae Iovi puero ex testamento Treboniae Sympherusae P. Annius Herma heres.

2. Plurima deinde epigrammata exstant, in quibus pro eventu bono velut pro liberatione periculi et morbi aut pro victoria parta aut pro successu laborum egregio dis donum dedicatur. Multum autem abest ut omnia huius generis exempla suo quodque loco afferam. Ea tantum enotavi, in quibus una vel altera earum quas attuli dedicandi causarum formula quadam certa repetitur. Consideremus igitur primum hexametri initium verbis formatum: σωθεὶς ἐκ . . .

Kb. 770 (saec. IV.a.) Σ]ωθεὶς ἐγμεγάλων κινδόνων.

Kb. 840 (aetat. Rom.) Σωθεὶς ἐκ πολλῶν καὶ ἀμετρήτων μάλα μόχθων.

Simillimum exemplum Ditt. 762 . . . σωθεὶς ἐκ πολλῶν καὶ μεγάλων κινδύνων. Apertam sine dubio imitationem, quod attinet ad verborum collocationem, in Lucillii poetae epigrammate (A. P. VI 166 v. 2.) legimus hanc sensu mutato:

ἀνέθηκεν . . .
σωθεὶς ἐκ ναυτῶν τεσσαράκοντα μόνος.

Cuius coniecturae vim eo auctam censeo, quod in his tribus epigrammatis eandem doni speciem eandemque significationem videmus: εἰκόνα, in illis duobus statuam dei qui hominem ab interitu servavit, in hoc illius rei qua persona dedicans mortem effugit. Haec vero observatio mea

[1]) Cf. Hübner l. c. p. 690: Was ein Mann gelobt hatte, wird zuweilen von anderen nach seinem Tode infolge letztwilliger Bestimmung geweiht.

quidem sententia docet, Lucillium epigrammata in lapidibus incisa cognita habuisse. Ex inscriptionibus veris saeculo II p. Chr. n. Lucianus quoque videtur derivasse ea quae dixit verba: A. P. VI 164 vers. 3: σωθεὶς ἐκ πελάγους, quod epigramma, si materiam ipsam contemplamur, cum Lucillii consentit[1]). Praeterea Lucianus spectasse videtur ad ep. A. P. VI 301 (Callimachi = XLVII Wilam.), in quo poeta haud infacete eandem formulam σωθεὶς ἐξ ἁλός ambiguo sensu adhibuit quod ut concedas examines velim verba epigrammatis ipsa:

Τὴν ἁλίην Εὔδημος, ἀφ' ἧς ἅλα λιτὸν ἐπέσθων
χειμῶνας μεγάλους ἐξέφυγεν δανέων[2]),
θῆκε θεοῖς Σαμόθρηιξι λέγων ὅτι τήνδε κατ' εὐχήν,
ὦ μεγάλοι, σωθεὶς ἐξ ἁλὸς ὧδ' ἔθετο.

Etiam in iis epigrammatis, quae victoriam partam dedicationis causam praebent, formula quaedam certa orta est, cum verbi formam νικήσας semper fere in hexametro ineunte positam videamus. Haec inveni exempla:

A. P. VI 7 (cf. Her. V 60) νικήσας ἀνέθηκε τεῖν περικαλλὲς ἄγαλμα. A. P. VI 49 (incerti auctoris) νικάσας ἵπποισιν ἐπὶ πλατὺν Ἑλλήσποντον.

Hoc loco liceat mihi afferre nonnulla Romanorum carmina dedicatoria, in quibus similis dedicandi causa exstat, cum in his donum deis dedicetur: pro honore accepto.

Bch. 251 (saec. III) Castor uenerandeque Pollux, munere pro tanto faciem certaminis ipsam, . . . uestra pro sede locaui urbanis Catius gaudens me fascibus auctum Neptunoque patri ludos fecisse Sabinus. Bch. 261 . . . Felix Caluusque gratantes hanc aram statuere deo . . . tempore quo patriae fasces [gessere] sacratos. Simile Bch. 252 (saec. III) Hanc aram Nymphis extruxi nomine Laetus, cum gererem fasces patriae rumore secundo.

Pro successu laborum egregio saepissime deis dedicatum esse nemo ignorat. Hoc loco affero epigramma A. P. VI 199 (Antiphili Byzantini) in cuius versu 3 legimus: ἦσθα γὰρ εὐχωλῆσι κατήκοος[3]).

---

[1]) De horum epigrammatum auctoribus cf. Reitzenstein, Epigramm e Paulyi, Real-Encyclopaedie VI. seorsum editum, p. 18.

[2]) De aere alieno cum tempestate comparato cf. Skutsch, Ein Prolog des Diphilos und eine Komödie des Plautus. Mus. Rhen. LV, p. 279, adnot. 1.

[3]) Huc etiam spectare videtur I. Gr. A. 284 (Roehl)

Εὐχὰν ἐκτελέσαντι Διονύσῳ Νεομήδης
ἔργων ἀντ' ἀγαθῶν μνᾶμ' ἀνέθηκε τόδε.

Quo loco nisi fallor nobis in memoriam revocantur illi loci Homerici quibus preces audivisse deos narratur[1]). Ad adiectivum κατήκοος eligendum poeta commotus videtur adiectivo ἐπήκοος quod Veneri, Dianae, Herae epitheton videmus attributum[2]). Eundem in modum Antipatri Thessalonicensis verba orta videntur (epigr. A. P. IX 428) ἀλλά μοι ὡς θεὸς ἔσσο κατήκοος εὐχομένου δὲ κλῦθι.

b) Sed iam transeamus ad aliam dedicationis causam, quam praecipue epigrammatum poetae adhibent inde ab aevo Alexandrino: dico senectutem.

Atque primum quidem hanc dedicationis causam participio λήξας vides significatam. Haec habeo exempla:

A. P. VI 46 (Antipatri Sidonii) *σάλπιγγα . . . Φερένικος Ἀθάνᾳ, λήξας καὶ πολέμου καὶ θυμέλας, ἔθετο.* Imitatione fortasse ortum est epigramma (A. P. VI 90 Philippi Thessalonicensis) *ἄγκυραν . . . Ἀρχικλῆς ἔθηκε, λήξας τῆς ἀπ' ἠόνων ἅλης.*

Quaenam fuerint alia verba quibus illa dedicandi causa sit concepta, si nunc quaerimus, maxime videmus verbum παύεσθαι adhibitum. Aptissima prorsus ad metrum et hac ipsa de causa usitatissima sunt eius verbi participia: παυόμενος et παυσάμενος. Conferas:

A. P. VI 205 (Leonidae Tarentini) *ἐκ τέχνας θήκατο παυόμενος.* VI 204 (eiusdem auctoris) *ἐκ τέχνας ἄνθετο παυσάμενος.*

Etiam compositi ἀποπαύεσθαι formam metri causa adhibitam vides:

A. P. VI 62 (Philippi Thessalonicensis) Καλλιμένης Μούσαις ἀποπαυσάμενος καμάτοιο θῆκεν.

In multis huius generis epigrammatis habes eundem et pentametri et epigrammatis ipsius exitum verbis formatum: παυσάμενος καμάτων.

A. P. VI 289 (Leonidae) *θῆκαν, Ἀθαναίας παυσάμεναι καμάτων.* A. P. VI 95 (Antiphili) *Πάρμις, ἀνιηρῶν παυσάμενος καμάτων.* A. P. VI 73 (Macedonii Consulis) *γήραϊ ποιμενίων παυσάμενος καμάτων.* A. P. VI 30 (Macedonii Consulis)

Δίκτυον . . . ἀμφὶ τριαίνῃ
δῆσε γέρων, ἁλίων παυσάμενος καμάτων.

Simile est: A. P. VI 159 (Antipatri Sidonii) *Ἁ . . . σάλπιγξ . . . ἄγκειμαι . . . δῶρον, ἐριβρύχων παυσαμένα κελάδων.*

---

[1]) Locos huc spectantes collegit: Ziegler p. 61.

[2]) Cf. Ziegler p. 61 sq.

Similiter ad senectutem referuntur alia verba velut κάμνειν:

A. P. VI 30 (Macedonii Consulis) εἶπεν . οἶσθα, μάκαρ, κέκμηκα. VI 25 (Iuliani Aegyptii) κεκμηὼς . . . ἄνθετο. Eandem participii formam eodem primo hexametri loco vides in ep. A. P. VI 63 (Damocharis) ἄνθετο . . . κεκμηὼς . . . Formam mutatam invenis: A. P. VI 294 (Phaniae) θέτ' . . . πολιῷ γυῖα δεθεὶς καμάτῳ. Variationem praebet: A. P. VI 192 (Archiae) μογερῷ γήραϊ τειρόμενος. Simile est ep. VI 127 (Niciae) ἔθηκεν, λευκὸν ἐπεὶ κείνου γῆρας ἔτειρε μέλη.

Eiusdem sententiae exempla sunt: A. P. VI 5 (Philippi Thessalonicensis) . . . ἔντρομος ἤδη δεξιτερήν. A. P. VI 27 (Theaeteti Scholastici) γήραϊ νουσοφόρῳ βριθομένης παλάμης. A. P. VI 83 (Macedonii Consulis)

ἄνθετο, γηραλέην χεῖρ' ἐπιμεμφόμενος,
εἶπε δέ . . . ἀντὶ δὲ πλήκτρου
σκηπανίῳ τρομερὰς χεῖρας ἐρεισάμεθα.

c) Iam si placet, breviter agam de tertia quam supra statuimus dedicandi causa quae est: somnium.

Atque iam a principio monere possumus Romanos, apud quos hanc dedicationis causam etiam saepissime deprehendimus, in hac re explicanda Graecorum formas in usum suum vocasse eandemque dicendi rationem esse secutos. Quod ut intellegamus consideremus nunc exempla ipsa.

Kb. 791 (aetat. Rom.) κατ' ὄνιρον. Ditt. 780 κατ' ὄναρ. Ditt. 782 κατ' ὄναρ. Ditt. 783 κατὰ ὄνειρον.

Adde e multis aliis exemplis haec e titulis nuper inventis congesta:

Λούκιος Ἀ]πί[δ]ιο[ς Δομίτιος στρατιώτης λεγιῶνος πρώτης Ἰταλικῆς Ἀσκληπιῶι σώτῆρι κατ' ὄνειρον[1]).

Ἀσκληπιῶι σωτῆρι Μενεσθεὺς Ἀσκληπιάδου Νεικαιευς κατ' ὄνειρον[2]).

Ἀ]σκληπιῷ σωτῆρι Μενεσθεὺς Ἀσκληπιάδου Νεικαιεὺς κατ' ὄν[ειρον[3]).

Simile est exemplum: Ditt. 785 καθ' ὕπνους.

Romanorum exempla habeo haec:

Dess. 3980 deo act. exaudit. Antonius Valens somnio monitus. Dess. 3019 somno monitus.

Neque deest carmen dedicatorium, in quo metri causa hanc formulam videmus mutatam in: somnio praemonitus. Bch. 263. Somnio praemonitus miles hanc ponere iussit | aram.

---

[1]) Mitt. d. Kais. Deutsch. Archaeol. Inst., Athen. Abt. XXIV, (1899), p. 169.

[2]) Ibidem p. 170.

[3]) Ibidem p. 170.

Praecipue vero hoc loco commemoranda est usitatissima illa apud Graecos forma, qua usurpato verbo ὁρᾶν res ipsa clarius explicatur.

Kb. 774 (saec. IV vel III a.) Ὑπνώδης Φίλιος . . . εἶδεν ὄναρ. Kb. 785 (saec. II vel I a.) ἐννυχίαν ὄψιν ἰδοῦσ' ἱεράν. Simile Ditt. 784 ὄψιν ἰδοῦσα. Pr. 116 (saec. I a.) Ἀφροδίτη, . . . σ' εἶδον κατ' ὄνειρον ἀνὰ στρατιὴν διέπουσαν. Hoc idem simplicem in modum habes expressum: Ditt. 750 καθ' ὅραμα[1]).

Eundem in modum etiam Romani illam dedicationis causam expresserunt, cuius rei exempla quaedam nunc enumerabo.

Dess. 3274 deae Hecatae C. Candidius Piscator visu monitus. Dess. 3803 visu iussus. Dess. 3006 ex visu iussus.

Simplicissimam autem huius causae conformationem plurimae inscriptiones ostendunt verbis: ex visu vel ex viso.

Dess. 3392 ex visu. Dess. 3005 ex viso. Item Dess. 3168. 3523. 3659. 3738. 3941. 3944.

Huc denique referendae sunt inscriptionum Graecarum eae, in quibus dedicationis causa ita est concepta, ut deum donum dedicari ipsum iussisse indicetur. Haec inveni exempla:

Kb. 797 (saec. II p.) Ἀσκληπιάδης ἀνέ[θηκεν . . . Παιὰν ὡς ἐκ[έ]λευσεν ἄναξ. Ditt. 754 οἱ ἱεραφόροι καθιέρωσαν τοὺς θεούς, οὓς ἡ θεὸς ἐκέλευσε. Ditt. 786 κατ' ἐπιταγήν.

Imprimis velim animadvertas hanc formulam huc spectantem: κατὰ πρόσταγμα.

Ditt. 766 κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ θεοῦ. Plura sunt exempla: Ditt. 759. 761. 763. 771.

Postremo ut aperte illustretur, quantopere imitati sint Romani Graecos, affero hos quos vidi locos:

Dess. 4237: Soli invicto Mithrae sicuti ipse se in visu iussit refici Victorinus . . . numini praesenti . . . reficiendum curavit dedicavitque. Dess. 4546: Marti . . . Justus ex iussu.

Huc spectant omnes illae inscriptiones latinae, quae ab his verbis incipiunt: ex iussu Iovis optimi maximi. Ut exemplo utar:

Dess. 4317: ex iussu I. o. m. D. L. Tettius Hermes cum coiuge sua et filio et omnibus suis cantharum cum vase sua posuerun.

---

[1]) Hunc locum recte Dittenberger videtur explicavisse scribens: Quia deum per somnum viderat.

Aliam huic vicinam formam vidi: Dess. 4318 ex praecepto I. o. m. D. . . . simulacrum Apollinis statuerunt. Adde inscr. (Dess. 3503) in qua hanc dedicationis causam duplici modo invenis significatam his verbis: ex visu iussu.

Somnium re vera dedicandi causam apud veteres fuisse haud ignotum est[1]). Satis autem mea quidem sententia id demonstratur epigrammate (Kb. 802), in quo ad usitatissimam illam dedicationis causam alluditur ita, ut is qui dedicat se non somnio ad dedicandum motum esse confirmet. Verba sunt haec:

δῶρον Ὑγεῖνος ἔτε[υξε]ν . . . πᾶσι γὰρ [ἐν τεκέ]εσσιν ἐμοῖς ἀνα[φ]ανδὸν ἐπέστης, οὐκ ὄναρ, ἀλλὰ μέσους ἤματος ἀμφὶ δρόμους.

Nihilominus negare nolim tales visiones vigilantibus hominibus oblatas haud ita multum differre a somniis[2]).

Hoc loco non ineptum videbitur afferre epigramma (Kb. 839) (aetat. Rom.) Δοτούς σοι Διόδωρος ἐθήκατο, Σῶτερ, Ὀνείρους ἀντὶ διπλῶν ὄσσων, φωτὸς ἐπαυράμενος. Diodorus somnia ipsa dedicat, quia oculorum valetudinem per somnium reparavisse videtur (Kaibel).

§ 6.

Progrediamur nunc ad locum communem, qui, quamquam in epigrammatis a saeculo III demum a. Chr. n. legitur, tamen usitatissimus vocari potest. Hic autem est: Is qui dedicat in epigrammatis exitu aliud donum deo vovet. Qua in re maxime adnotandum esse puto, paene omnes huius generis locos structuram condicionalem prae se ferre. Priusquam autem singula quae inveni exempla proferam in medium, unde haec voti conformatio duxerit originem quaerendum mihi videtur. Qua in quaestione solvenda et materiam ipsam et eius conformationem poetas Alexandrinos non invenisse primos, sed ex antiquis Graecorum precationibus recepisse iam demonstrabo. Donis acceptis deos ut favorem hominibus dent iure quodam obligatos esse antiquissima Graecorum sententia est. Donis promissis vel votis postea solvendis deos in precationibus antiquis ut hominibus sucurrant allici cognovit exemplisque satis illustravit

---

[1]) cf. Dittenberger, ad tit. 786, adnotat. 1.

[2]) cf. Ludovicus Deubner, De incubatione (Lips. 1900), p. 5.

Ausfeldius[1]). Ita, ut exemplum afferam, Minerva Pandaro suadet, ut Apollini se sacrificium daturum esse polliceatur: Δ 101: εὔχεο δ' Ἀπόλλωνι . . . ἀρνῶν πρωτογόνων ῥέξειν . . . κλειτὴν ἑκατόμβην.

Saepe autem iam in illis precationibus votum structura condicionali conformatum est[2]). Ut exemplo utar, praemittitur voto condicio: Κ 291

παρίστασο καί με φύλασσε.
σοὶ δ' αὖ ἐγὼ ῥέξω βοῦν.

Quo cum loco conferas quaeso:

A. P. VI 157 (Theodoridae) *Ἄρτεμις . . . σάου δὲ φίλους . καί σοι ἐπιῤῥέξει Γόργος χιμάροιο νομαίης αἷμα.* A. P. VI 152 (Agis) *ἢν δέ τι μεῖζον δωρήσῃ, τίσει τῶνδε πολυπλάσια.* A. P. VI 238 (Apollonidae) *εἰ δὲ διδοίης πλείονα, καὶ πολλῶν, δαῖμον, ἀπαρξόμεθα.* A. P. VI 41 (Agathiae Scholastici) *εἰ δ' ἐπινεύσεις . . . τὸν στάχυν ἀμῆσαι, καὶ δρεπάνην κομίσω.*

Adde epigramma (A. P. VI 240 Philippi) quod nil nisi votum huius generis praebet:

Ἄρτεμις, . . . νοῦσον τὴν στυγερὴν αὐθημερὸν ἐκ βασιλῆος ἐσθλοτάτου πέμψαις ἄχρις Ὑπερβορέων . σοὶ γὰρ ὑπὲρ βωμῶν ἀτμὸν λιβάνοιο Φίλιππος ῥέξει καλλιθύτῶν κάπρον ὀρειονόμον.

Exemplum quod maxime spectat ad rem:

ν 358 *ἄταρ καὶ δῶρα διδώσομεν, ὡς τὸ πάρος περ,*
αἴ κεν ἐᾷ πρόφρων με Διὸς θυγάτηρ ἀγελείη
αὐτόν τε ζώειν καί μοι φίλον υἱὸν ἀέξῃ.

Hanc ipsam voti conformationem habes his in epigrammatis:

A. P. VI 300 (Leonidae)
ἢν δέ μέ γ', ὡς ἐκ νούσου ἀνειρύσω, ὧδε καὶ ἐχθρῆς
ἐκ πενίης ῥύσῃ, δέξο χιμαιροθύτην.

VI 231 (Philippi) *εἰ δ' ὡς ἐκ πελάγους ἐῤῥύσαο . . . κἠκ πενίης, θύσει χρυσόκερων κεμάδα.*

VI 190 (Gaetulici) *εἰ δ', ὥς μευ βαρύγυιον ἀπώσαο νοῦσον, ἐλάσσεις καὶ πενίην, δώσω πιαλέον χίμαρον.*

VI 191 (Cornelii Longi)
σὺ δ' ὡς νούσου, ῥύεο καὶ πενίης,
καὶ τότε βουθυτέοντά μ' ἐσόψεαι[3]).

---

[1]) l. c. p. 528.

[2]) Cf. Ausfeld p. 528 et 531.

[3]) Hoc in voto concipiendo Longus Leonidae epigramma (A. P. VI 300) mihi quidem spectavisse videtur, in cuius exitu idem votum eadem forma expressum habes. Qua in re eadem nominis conformatione: *βουθυτέοντα* (191, 7) *χιμαιροθύτην* (300, 8) illud quod proposuimus mea quidem sententia comprobatur.

Alia sequatur res, qua homines petentes dei gratiam sibi conciliare studebant. Saepissime enim deus admonetur ut eum antea auxilium praebuerit his quoque in angustiis adiutor sit[1]). Conferas:

Π 236 *ἠμὲν δή ποτ' ἐμεῦ πάρος ἔκλυες εὐξαμένοιο . . . ἠδ' ἔτι καὶ νῦν μοι τόδ' ἐπικρήηνον ἐέλθωρ.* Soph. O. R. 165/165 *εἴ ποτε καὶ προτέρας ἄτας ὕπερ ὀρνυμένας πόλει ἠνύσατ' ἐκτοπίαν φλόγα πήματος. ἔλθετε καὶ νῦν.* Eurip. frg. 781 (Nauck[2]) Phaeth. v. 59 *σύ θ' ὡς πάρος δέσποινα Δήμητρος κόρη Ἥραιστέ τ' ἔστε πρευμενεῖς δόμοις ἐμοῖς.* Idem habes: A. P. VI 180 (Archiae) *οἷς ἅμα χερσαίαισιν, ἅμ' ἠερίησιν ἐν ἄγραις, Ἀγρεῦ, ἅμ' ἐν πλωταῖς, ὡς πρίν, ἀρωγὸς ἴθι*[2]). Simile exemplum praebet egregium illud Callimachi epigramma (A. P. VI 146 = LIII Wilam.):

Καὶ πάλιν, Εἰλήθυια, Λυκαινίδος ἐλθὲ καλεύσης
εὔλοχος ὠδίνων ὧδε σὺν εὐτοκίῃ.
ὡς τόδε νῦν μέν, ἄνασσα, κόρης ὕπερ . ἀντὶ δὲ παιδὸς
ὕστερον εὐώδης ἄλλο τι νηὸς ἔχοι.

Haec sententia ab antiquis conformata atque tradita a Leonida Tarentino, perfectissimo illo epigrammatum poeta aetatis Alexandrinae, ita adhibita est, ut in ultimum epigrammatis distichon reciperetur. Quo facto sollertissime poeta epigrammaticus mea quidem sententia sensus acumen in epigrammatis exitu posuit. Atque in universum Tarentinum poetam imitatoresque eius summam dedisse operam, ut sensum in epigrammate exeunte augerent, observavit Reitzenstein[3]).

Eandem denique voti et conformationem et collocationem vides etiam in carminibus dedicatoriis latinis. Haec inveni exempla:

Bch. 19 (saec. II) tu me meosque reduces Romam sistito daque Itala rura te colamus praeside: ego iam dicabo mile magnas arbores. Bch. 229 sed date ut fetura qua[es]tus suppleat uotis fidem: aureis sacrabo carmen mox uiritim litteris.

---

[1]) Cf. Ausfeld p. 531.

[2]) Simile exemplum ad quod Skutschius benigne me delegavit vides apud Plaut. Aulul. 394 sq.

„Apollo, quaeso, subueni mi atque adiuua:
Confige sagitis fures thensaurarios:
† Cui in re tali subuenisti antidhac."

Nam „subvenisti" vere correctum esse („subvenit" libri) vel ex eis quae supra congessi apparet.

[3]) Epigramm und Skolion, p. 147.

§ 7.

Neque illud neglegendum est, quod mihi ego extremum proposueram. In plurimis enim epigrammatis dedicatoriis deus rogatur ut dedicanti faveat[1]). Longum autem est, omnia huius generis exempla afferre. Consideremus igitur iam si placet tres certas huius precationis formulas:

1. ἵλαθι vel ἱλήκοις.
2. σῷζε τὸν δεῖνα.
3. χάριν ἀντιδίδου vel ὄλβον δός.

Quae formulae, cum in precationibus Graecorum antiquis eas deprendamus, ex his ab epigrammatum auctoribus mihi quidem receptae videntur. Quod ut clarius fiat singulis in epigrammatis considerandis unum vel alterum exemplum precationum comparandi causa afferam.

1. Contemplemur iam si placet primam dei invocationem verbis conformatam: ἵλαθι vel ἱλήκοις. Sic:

A. P. VI 251 (Philippi) *ἀνθ' ὧν ἱλήκοις.* Eodem et epigrammatis et versus loco similem formam scriptam videmus: A. P. VI 253 (Crinagorae).

Reliqua, quae addam epigrammata, cum hanc precationis formulam certis duobus versus locis praebeant, inter se simillima fiunt. Atque primum quidem verbi collocatio in versu ineunte maxime in epigrammaticorum poetarum deliciis fuisse videtur. Conferas: A. P. VI 87 (incerti auctoris) ἀλλὰ σύ, Βάκχε, ἵλαθι . . . Hanc ipsam dei invocationem habes iam in carminibus Homericis: γ 380 *ἀλλά, ἄνασσ', ἵληθι,* item in hymnis:

In Cerer. V 490 *ἵλαθ' . . . Δηοῖ ἄνασσα.* In Vulc. XX 8 *ἵληθ', Ἥφαιστε.* In Iov. XXIII 4 *ἵληθ', . . . Κρονίδη.*

Alia quae habeo epigrammatum exempla eo quo maxime sibi respondent ordine proferam:

Kb. 797 (II fere saec. p.) *ἱλήκοις, ὦ Φοῖβε . . .* A. P. VI 74 (Agathiae Scholastici) *ἱλήκοις Διόνυσε . . .* A. P. VI 51 (incerti auctoris) *ἵλαος, ὦ δέσποινα . . .* Kb. 835 (aetat. Rom.) *εἵλαθί μοι*[2]). Kb. 818 (aetat. Rom.) *εἵ]λαθι*[3]) *πᾶσι, μάκαιρα.*

---

[1]) Cf. Reinach l. c. p. 379: Dans les dédicaces des statues il n'est pas rare de trouver une prière à la suite de la dedicace.

[2]) Eandem precationis formulam deprehendimus in papyris, quos locos vides apud Zieglerum l. c. p. 22 et 66.

[3]) Hanc formam etiam Theocritus adhibuit: XV 143 *ἵλαθι . . .*

In versu exeunte legis illam dei invocationem:

A. P. VI 40 (Macedonii) . . . *ἵλαθι Δηοῖ.* Similem precationis conformationem habes App. 7 (Aristoclis) *Δάματερ . . . ἵλαος εἴης*[1]).

2. Sequitur forma qua verbis: σῷζε τὸν δεῖνα deus imploratur. Haec sunt exempla:

Kb. 812 (saec. II p.) *ἀλλ'*[2]) . . . *ἄναξ, Ζωοῦς γένος . . . σῶιζε.* Nec minus in ultimo epigrammatis pentametro eandem verbi formam habemus in antiquiore epigrammate: Kb. 753 (saec. V a.) *ὦ|ι πολὺν ὄλβον σῶιζε, Διὸς θύγατερ.* Eundem autem sensum eandemque verborum collocationem vides: Kb. 771 (saec. IV a.) *τῶ]ι δὲ σῦ πλοῦτον σῶιζ[ε, Διὸς παῖ.*

Ex Anthologiae Palatinae epigrammatis duo exempla verbi structura inter se congruentia proferam.

Prius iam saeculo III a. Chr. n. ortum est: A. P. VI 189 (Moerus) *σώζοιτε Κλειώνυμον.* Alterum est ep. A. P. VI 84 (Pauli Silentiarii) . . . *σῷζε δὲ Νικαγόραν.*

Etiam Christiani hanc dei invocationis formulam suam fecerunt et in epigrammata intexuerunt, praesertim cum sententia ab eorum religione non dissentiat. Cf. Pr. 101 (saec. IV p.) Χριστέ . . . φύλαττε ταύτην σῶζέ τ'ἐκ πάσης βλάβης.

Similem precationis formulam praebent haec epigrammata:

A. P. VI 347 (Callimachi = XXXIII Wilam.) *Ἄρτεμι, τὶν τόδ' ἄγαλμα Φιληρατὶς εἵσατο τῇδε· ἀλλὰ σὺ . . . τὴν δὲ σάω.* VI 157 (Theodoridae) *Ἄρτεμις, . . . σάου δὲ φίλους.* Adde: Pr. 63 (saec. IV a.?) *χαῖρε Ζεῦ βασιλεῦ καὶ σάου Ἀρκαδίαν.* Quo cum loco conferas velim: hymn. hom. XIII 3: *χαῖρε, θεά, καὶ τὴνδε σάου πόλιν.*

Hanc dei invocationem paululum mutatam invenis etiam his in epigrammatis:

Kb. 815 (II fere saec. p.) . . . *τόνδε φυλάσσοις ζωόν*[3]). A. P. VI 280 (incerti auctoris) *Λατῷα, τὺ δὲ παιδὸς ὑπὲρ χέρα Τιμαρετείας θηκαμένα σῴζοις τὰν ὁσίαν ὁσίως.* VI 349 (Philodemi) . . . *με φέροιτε διὰ πλατὺ κῦμα φυγόντα σῷον ἐπὶ γλυκερὴν ᾐόνα Πειραέως.* VI 63 (Damocharis) *σὺ δ' ἀεὶ φέρβε σὸν ἐργατίνην.* VI 68 (Iuliani Aegyptii) *σὺ δ' ἀδρανέος Φιλοδήμου ἴθυνε ζωὴν λειπομένοιο βίου.*

3. Venimus ad formam tertiam qua homo hunc in modum deum invocat: χάριν ἀντιδίδου vel ὄλβον δός.

---

[1]) Hanc esse formulam sacram iam docuit Ausfeld l. c. p. 538. Cf. etiam Theocr. idyll. XXVII 15 (Fritzsche) *μόνον ἵλαος Ἄρτεμις εἴη.*

[2]) De precationibus a vocula *ἀλλὰ* ineuntibus p. 71 accuratius disserendum est.

[3]) Cf. *K* 291 *δῖα θεά, . . . με φύλασσε.*

Quantopere etiam inter huius generis epigrammatum poetas imitatio floruerit, facile cognoscas ex iis quae inveni exemplis.

Eundem et epigrammatis ipsius et pentametri exitum habemus his in epigrammatis:

Hoffm. 222 *hῶι χά]ριν ἀντι[δίδου]*. Ibidem 243 *hῶι χ]άριν ἀντιδίδου*. Kb. 758 (saec. V a.) *οἷς χάριν ἀντιδίδου*. Eundem sensum iisdem fere verbis expressum praebent haec epigrammata: Hoffm. 253 (saec. VI vel V a.) *τῶν ἀγαθῶν τῶι σὺ δὸς ἀφθον[ί]αν*. Ibidem 272 (saec. IV a.) *ὦι σὺ δὸς ὄλβον*. Idem verbis tantum mutatis distichi elegiaci exitus inest in: Kb. 825 (aetat. Rom.) *ὦι δίδου εὐτυχίαν*.

Eundem precationis sensum forma mutata habemus his locis:

Hoffm. 305 (saec. VI a.) *δὸς δέ Ϝ'ἐν ἀνθρώποις δόξαν ἔχην ἀγαθ(ά)ν*. A. P. VI 137 („Anacreontis") *Ἀργυρότοξε, δίδου χάριν Αἰσχύλου υἱῷ*. Pr. 113 (Callimachi = V Wilam.) *Κλεινίου ἀλλὰ θυγατρὶ δίδου χάριν*. A. P. VI 209 (Antipatri) *ἀλλὰ σὺ τῇ μικκῇ μεγάλην χάριν ἀτιμερίζου*. VI 40 (Macedonii Consulis) *δὸς δὲ βόε ζώειν ἐτύμω καὶ πλῆσον ἀρούρας*. VI 42 (incerti auctoris) *ἀντιδιδοὺς δὸς πλέον ὧν ἔλαβες*. Pr. 98 (incert. aetat.) *σὺ δ'ἄναξ, . . . ἐσθλὰ δίδου*[1]).

Neque a poetis Romanis qui quidem multos ut adhuc vidimus locos communes ex epigrammatis Graecorum dedicatoriis receperunt, preces huius generis in carminibus dedicatoriis neglectae sunt. Conferas igitur:

Bch. 23 Hercules inuicte, . . . hic aduenisti: ne quid hic fiat mali. Ibidem 248 (saec. II a.) Proque hoc atque alieis donis des digna merenti. Ibidem 250 (saec. II) adsis huc mihi, sancte, fauens numenqu. reportes, quod tibi . . . simulacrum . . . dicaui . . . fautor tu dexter adesto. Ibidem 262 ut facias hilares semper tua templa colamus.

Neque praetereamus aliam illius precationis conformationem qua deus rogatur ut dedicantis operam laboresque bene vertat. Cuius generis epigrammata ipsa afferre supervacaneum puto, quia copia eorum magna et conformatio precationis ipsa diversis locis est diversa. Exempla autem qui desiderabit adeat quaeso haec epigrammata: Kb. 780 (saec. III—I a.). 803 (aetat. Rom.). A. P. VI 11. 13. 15. 16. 34. 188. 105. 246. 99. 63. 181. 182. 183. 278. 346. 154. 158.

---

[1]) De imperativis verbi *διδόναι* in antiquis Graecorum precationibus saepe adhibitis cf. Ausfeld p. 537, ubi eos qui huc spectant locos congessit.

Iam ut huius precationis considerationem ad umbilicum adducam, illud monere non ineptum censeo, precationes huius generis a saeculo a. Chr. n. III usque ad p. Chr. n. VI et plerumque in eos lusus receptas esse qui tres homines dedicantes habent. Nec mirum. Nam in illis epigrammatis, quorum quodvis priorum imitationi debetur, pauperes homines inducuntur dedicantes, qui, cum ad vivendum non nisi manuum labore parta habeant, deo instrumenta dedicant, ut hic ea quasi derigat eoque labores bene vertat.

Carmina autem dedicatoria latina quae similia sint inveni haec:

Bch. 248 (IIa) rogans te cogendei dissoluendei tu ut facilia faxseis[1]).
Ibidem 4 (Ia) semol te orant, se [u]oti crebro condemnes.

Nec vero mirum videtur quod in quibusdam epigrammatis deus rogatur, ut dedicanti corporis valetudinem det. Simili modo plurimis in epigrammatis deus rogatur, ut dedicantem liberet paupertate. Multa iam huius generis exempla dedi in iis epigrammatis, quae, ut dedicantis votum in epigrammate exeunte factum illustrarem, attuli. Hoc loco ea liceat afferre, quae eandem precationem structura illa condicionali omissa offerunt. Conferas:

A. P. VI 245 (Diodori) *ἀλέκοις δ' ἀνέρι καὶ πενίην.* VI 288 (Leonidae) *τῶν χέρας αἰέν, Ἀθάνα, ἐπιπλήσαις μὲν ὀπίσσω, θείης δ' εὐσιπύους ἐξ ὀλιγησιπύων.* Simile est: cp. A. P. VI 89 (Qu. Maecii).

Epigrammata huius generis in lapide incisa non inveniri, natura precationis ipsa mea quidem sententia explicatur. Quis enim paupertatis onere depressus poëmata apidi incidenda curabit?

In precationibus, quas Graeci in exeuntibus epigrammatis dedicatoriis addere solebant, considerandis postquam de rebus quae petuntur egimus, nunc addi liceat pauca, quem in modum ad preces ipsas transeatur.

Formula antiquissima eaque omnibus temporibus usitatissima ita concepta videtur, ut pronomine relativo vel demonstrativo precatio ipsa cum persona dedicante coniungatur. Proprium epigrammatici sermonis cum

[1]) Quamquam quid sibi velint verba adhuc nemo satis intellexisse videtur.

usum fuisse magnus exemplorum numerus nos docet. Quorum primum est epigramma:

Hoffm. 253 (saec. VI vel. V a) *Κλε]όδωρός μ' ἀνέθηκ' Ἀφροδίτηι δῶρον. πότνια, τῶν ἀγαθῶν τῶι σὺ δὸς ἀφθον[ί]αν.* Similia sunt: Kb. 753 (saec. V a. Chr. n.) *ἀπαρχὴν τὴνδε Μένανδρο[ς θῆκε . . . Αἰγιλιεύς, υἱὸς Δημητρίου, ὧ[ι . . . ὄλβον σῶιξε.* A. P. VI 16 (Archiae) *σύναιμοι θέντο, ὧν τὸν μὲν . . . ἐν ἠέρι, τὸν δ' ἔτι θείης εὔστοχον ἐν πόντῳ.*

Ceteros locos numeris additis breviter indicabo: Kb. 758 (saec. V a). 771 (saec. IV a.). 797 (aet. Rom.). 825 (aetat. Rom.). Hoffm. 227. 244. 272. (saec. IV a.) A. P. VI 89. 138. 180. 269.

Deinde haud raro precationes initium capiunt ab his voculis:

1. ἀλλὰ.
2. σὺ δὲ sive σύ τε.
3. ἀνθ' ὧν.

Quarum primam formulam, quae inde ab aevo Alexandrino demum in epigrammatis nobis occurrit, ex antiquis Graecorum precationibus receptam esse ut demonstremus, multum iuvamur eo, quod ii, qui de his fecerunt verba, viri docti antiquam illam precationis concipiendae consuetudinem exemplis additis illustraverunt[1]). Nunc ad epigrammatum exempla ipsa transeo.

Pr. 113 (Callimachi = V Wilam.) *Κλεινίου ἀλλὰ θυγατρὶ δίδου χάριν.* Kb. 786 (II fere saec. a.). 812 (saec. II p.). Pr. 92 (saec. II a.). A. P. VI 15. 73. 76. 86. 106. 183. 188. 209. 235.

In epigrammate A. P. VI 36 (Philippi Thessalonicensis) ad precationem transitur verbis: ἀλλὰ καὶ αὗτις; eadem autem verba eodem precationis loco inveniuntur K 463. Etiam in carminibus latinis unum quidem inveni huius generis exemplum: Bch. 229 sed date ut fetura qua[es]tus suppleat uotis fidem.

Altera quam supra statuimus formula quae antiquior videtur ea quae antecedit forma, ab epigrammatum auctoribus non minus libenter adhibita est. Quod docent hi loci:

Hoffm. 297 *τὺ δὲ δὸ[ς χα]ρίεσ(σ)αν ἀμοιϝάν.* Item Hoffm. 295. 296. Pr. 94. 98. Kb. 811 (saec. II p.). A. P. VI 63. 68. 258. 278. 280. 285.

Hanc formulam ab epigrammatum poetis non inventam, sed similiter ex precationibus antiquis receptam esse his quae inveni exemplis explicabo.

---

[1]) Cf. Adami l. c. p. 234. Ausfeld l. c. p 537.

Aeschyl. Sept. 127 (Minerva a mulieribus invocatur) *σύ τ' ὦ Διογενὲς φιλόμαχον κράτος ῥυσίπολις γενοῦ.* Eurip. Or. 1230 *σὺ δ' ἡμῖν τοῦδε συλλήπτωρ γενοῦ.* Eurip. Hipp. 523 *σύ μοι . . . Κύπρι, συνεργὸς εἴης.* Eurip. fr. 781 (Nauck[2]) Phaet. *v.* 59 *σύ θ' ὡς πάρος δέσποινα Δήμητρος κόρη Ἥφαιστέ τ' ἔστε πρευμενεῖς δόμοις ἐμοῖς.*

Multa porro sunt epigrammata, in quibus tertia exstat formula verbis concepta: ἀνθ' ὧν (sive in recentioribus poematiis τοὔνεκα).

Kb. 780 (saec. III—I a.) *ἀνθ' ὧν σῆς τέχν[ης ἐλπόμεθ' ὠφελίην.* A. P. VI 13 (Leonidae) *ἀνθ' ὧν . . . πέμπε . . . εὔστοχον ἄγρην.* Item VI 17. 75. 99. 154. 182. 187. 251. 281[1]). Similia sunt exempla: A. P. VI 105 (Apollonidae) *ἀνθ' ἧς μοι . . . δίδου.* VI 184 (Zosimi Thasii) *τοὔνεκα, Πάν, τὸν μὲν . . . δι' αἰθέρος . . . θὲς πολυαγρότερον.* Item VI 185 (eiusdem auctoris) *τοὔνεκα, Πάν, . . . πόρε Δάμιδι ληίδα θηρῶν.*

Haec autem tertia formula ab aevi Alexandrini poetis epigrammaticis primum adhibita mihi quidem electa videtur, ut ea plane ac dilucide antiqua illa hominum sententia exprimatur, qua deus donis antea acceptis ut donum reddat officio quodam obligatus sit[2]). Cuius rei vel illustrissimum exemplum inveni hoc: A. P. VI 285 (Nicarchi?) σὺ δ' ἐργασίην καὶ λαβὲ καὶ μετάδος.

Si ad Romanos poetas, quos adhibere solemus, animum advertimus, hunc videmus locum: Bch. 248 (saec. II a.) proque hoc atque alicis donis des digna merenti.

Eandem sententiam etsi non tam clare expressam habes: Bch. 4 (saec. I a.) semol te orant, se [u]oti crebro condemnes.

Huc spectat etiam antiquum Graecorum epigramma (Hoffm. 227) Τελεσῖνος ἄγαλμ' ἀνέθηκεν . . . ἡῶι χαίρουσα διδοίης ἄ[λ](λ)ο ἀναθεῖναι.

Neque desunt, ut hoc in fine addam, epigrammata, in quibus nonnullae illarum formarum miscentur. Conferas:

Kb. 811 (saec. II p.) *σὺ δ' αὐτῷ χάριν ἀντὶ τοῦ σαόφρων πνέοις.* A. P. VI 191 (Cornelii Longi) *σὺ δ' . . . ῥύου . . . πενίης . . . ἀλλὰ σύ, δαῖμον, σπεύδοις.*

---

[1]) In his exemplis enumerandus est titulus saec. II a. Chr. n. lapidi inscriptus quem Larfeld, Handb., p. 856 attulit: Inscr. Gr. II[3] 1336 *ἀ|νθ' ὧν, ὦ Διόνυσ', ὧν ἵλαος οἶκον ἅμ' αὐτοῦ [καὶ] γενεὴν σῴζοις πάντα τε σὸν θίασον.*

[2]) Cf. Duemmler p. 206/207. Ausfeld p. 529.

Alia res mihi quidem non omittenda videtur. Precationum formulae sollemnes saepius ita conceptae sunt ut adiectivis ἵλαος, εὐμενής, πρόφρων, εὔφρων appositis imploratio dei ipsa augeatur[1]). Quam dei invocationem habes maxime in iis epigrammatis, quae Alexandrinorum aetate et postea orta videntur. Haec videas exempla:

A. P. VI 137 („Anacreontis") *Πρόφρων, Ἀργυρότοξε, δίδου χάριν.* VI 278 (Rhiani) *σὺ δ' ἵλαος, Δελφίνιε, κοῦρον ἀέξοις.* VI 349 (Philodemi) *ἵλαοί με φέροιτε . . . σῶον.* VI 244 (Crinagorae) *Ἥρη, . . . καὶ Ζεῦ, ὠδῖνας νεύσαιτ' Ἀντωνίῃ ἵλαοι ἐλθεῖν.* VI 51 *ἵλαος, ὦ δέσποινα, τὸν ἐν νεότητι μανέντα γηραλέον προτέρης παῦσον ἀγρειοσύνης.* VI 269 *ᾗ σὺ χαρεῖσα πρόφρων ἁμετέραν εὐκλέισον γενεάν.* Kb. 812 (saec. II p.) *ἄλλ' ἵλαος, ἄναξ, Ζωοῦς γένος εὔφρονι θυμῶι σῶιζε.* Simile est: Kb. 811 (saec. II p.) *σὺ δ' αὐτῷ χάριν . . . σαόφρων πνέοις.*

Non abs re erit commemorare in titulis pedestri sermone compositis, quot quidem inspexi, illas precationes non inveniri, quod mea quidem sententia inscriptionum huius generis naturae — quae non nisi aliquem donum dedicasse referunt — accommodatum videtur. Aliud autem in his inscriptionibus additur, quod frustra in epigrammatis quaeres. Quo enim tempore aliquid deo dedicatum sit in illis inscriptionibus nonnumquam accurate indicatur ita ut addatur: ἐφ' ἱερέως[2]). Conferas:

Loewy 140 (saec. IV—II a.) *ἐπὶ ἱερέως Νικωνίδου Φλυέως.* Ditt. 758 *ἐπὶ ἱερέως Θεομνήστου τοῦ Θεογένου Κυδαθηναιέως.* Item: Ditt. 760. 763. 765. 767. 769. 770. Simile habes exemplum: Ditt. 752 *ἐφ' Ἵππωνος ἄρχοντος.*

Hoc autem ipsum convenit naturae inscriptionum pedestri sermone conceptarum, sed minime epigrammati artificiose conformato.

---

[1]) Cf. Ausfeld l. c. p. 537.

[2]) De hac temporis notatione in titulis honorariis et dedicatoriis addita cf. Franz, Elementa, p. 336; Reinach l. c. p. 384; Larfeld, Handbuch, p. 863.

Vita.

Natus sum Hugo Kühn in vico Silesiae, qui vocatur Grüssau, a. d. VII. Kal. Dec. anni 1873 patre Roberto, matre Laura e gente Scrapian, quam, praesertim cum patrem praematura morte abreptum doleam, adhuc superstitem valde gaudeo. Fidei addictus sum catholicae. Litterarum elementis imbutus per novem annos gymnasium Vratislaviense ad St. Matthiam frequentavi. Vere anni 1896 maturitatis testimonium adeptus in hac alma Viadrina studiis theologicis per quinque semestria incubui. Morbo coactus hoc studio destiti et munere praeceptoris domestici per septem semestria in palatio comitum Schaffgotsch-Warmbrunn functus sum, quibus summam debeo gratiam benevolentissimis meis fautoribus. Vere anni 1902 iterum universitatem Leopoldinam Vratislaviensem petivi philologicis studiis operam navaturus.

Docuerunt me viri doctissimi:

Baeumker, Baumgartner, Cichorius, Commer, Ebbinghaus, Elster, Foerster, Hoffmann, Koch, Koenig, Laemmer, Norden, Schaefer, Scholz †, Sdralek, Siebs, Skutsch, Zacher.

Seminariorum philologici, archaeologici, historici, philosophici sodalis ordinarius fui moderantibus *Baeumkero, Cichorio, Foerstero, Nordeno, Skutschio.*

Omnibus his viris gratias ago quam maximas semperque me habiturum profiteor, in primis autem *Francisco Skutsch,* professori illustrissimo, qui liberalissime me, cum his studiis operam darem, et consilio et opera adiuvit.

Theses.

1. Anthologiae Graecae epigrammata dedicatoria in precationum modum plerumque conformata sunt.

2. In Aeschyli Eumenid. versu 18 legendum est:

   ἕζει τέταρτον τόνδε μάντιν ἐν θρόνοις.

3. Usus troporum qui est apud Silium Italicum interdum rhetorum praeceptis non respondet.

4. Quintilianus in instit. orator. libro XII. Ciceronis libros de oratore non solum respexit, sed etiam interdum supplevit.

5. In Anthologiae Palatinae libri VI. epigrammatis 247 (Philippi) versu 8 pro Αἰσιόνη nomen Ἀρσινόη ponendum esse censeo.